Sedulus Scotus ſeu hybernẽſis diſcipulus hildeberthi Scotorum archiepiſcopi. Et epiſcopus. eccleſiæ eiuſdem vt habet Sigibertus Franciam, & Aſiã, ac Italiam perluſtrauit, & Romæ doctrina clarus effulſit: multa metro & ſoluta oratione compoſuit In epiſtolas Pauli prę ſertim Item ſcripſit

4. ſynodo cum Eutyche, & contra edicta Iuſtiniani veniret epiſcopatũ illi abrogauit, ac eius loco Menam ſeruum dei conſtituit vt in legenda beati Siluerij 20. Iunij quòd etiam Petrus epiſcopus Hieroſolimitanus præfecti eccleſiarum, & monaſteria Palæſtinæ comprobarunt, & dictum Menam Agapetus (ait Platina) conſecrauit, vel Agathon vt Nicepho. placet ſed non poteſt ſtare ſecundum cathalogum eccleſiæ Latinæ.

Ait deniquè Nicephorus id antea non contigiſſe, vt epiſcopus Conſtantinopolita. a Romano conſecraretur conſtat tamen ſatis per eundem, vt de Iohanne 1. ſuprà Epiphanium tempore Iuſtini & multis alijs ſedem Conſtantinopolitanam Romanæ fuiſſe ſubiectã

CAP. 49.

Euagrius hunc Iuſtinianum auariciæ nimis notat certū tamē eſt, eundē fuiſſe pium, in ædificādis ſacris locis: vt patet de admirando Sophiæ templo & aliis multis. Culpatur quod ſuſtinuerit quandā populi factionem contra omnem legem. c. 21.

Suo tempore viri floruerunt excellentes Sancti, videlicet, Barſamphius, Symeones, qui ſe demētē ſimulabat propter Deum Thomas quidam monachus & Sabbas, ac Theodoſius præſides eremi.

Miraculum inſigne de ſacra Euchariſtia. Vt cap. 15 Ni. to. 17. Sub S. Menna epiſcopo Coſtantinopolitano. Conſuetudo fuit in ea ciuitate, cum pluſculum de partibus īmaculati corporis Dn̄i reliquum eſſet ſacerdotes pueros īcorruptos, ex ſcolaribus ieiunos aſſumebāt, qui reliquias ederēt. Contigit

captiuum duxit, eccleſijs reſtitutis, vt in Iuſtiniano c. 36. & tunc deſijt in Affrica Regnum VVādalorum.

CAP. 67.

Anthymus aut Arthemius epiſcopus Trapeſuntinenſis poſt mortem Epiphanij tranſlatus Conſtantinopolim epiſcapatū adminiſtrabat, & Alexandriæ poſt Dioſcorum, Theodoſius qui vnam tantum naturam in Chriſto ponebant poſt vnionem cum Eutiche Niceph. cap. 8. *to.* 17. *Tum contingit Theodoram vxorem Iuſtiniani illi errori maximè addictam, frequenti aggreſſu, eidem perſuaſiſſe, vt Seuerus Conſtantinopolim reuocaretur, qui ſuis epiſtolis ad Theodoſium gloriabatur ſe Anthymium in ſuam adduxiſſe ſententiam.*

Qui

& librum vnum ad Theodoſium. Item in maius volumen Priſciani, & multa alia, & fuit (vt habet Tritenius) ſub Theodoſio circa annum Domini 430. ex quo verius videtur Priſcianum fuiſſe tempore Iuliani, & vtrunquè antè hæc tempora. Nam ſuprà ſub. cap. 35.

Arator ſubdiaconus Romanæ eccleſiæ. Iuſtinianus epiſcopus Valentinæ vtilia ſcripſerũt circa hæc tempora.

CAP. 75.

Dioniſius Abbas Romæ calculum calendarij & circuli paſchæ compoſuit tempore Bonifacii. 2.

Victor tamen Epiſcopus, campanus, & Albertus pichius eum de inſufficientia taxant

Martinus quidam ſueſſionum gentem predicatione & ſcriptis ab hereſi Arriana traduxit

CAP. 76.

Eulogius epiſcopus Alexandrinus multe confir-

ſubiectam & etiam per legem Iuſtiniani & Iohannis Conſtantinopolitani epiſcopi L. nos reddentes. Cod. de ſum. Trini. & fide catho. Hinc liquet multa quæ in quinta ſynodo citantur fuiſſe huius tempore Agapeti. hic de conſ. diſtinct. I. *Agapetus dicitur vas catholicum eſſe. Is Conſtantinopolin moritur, cuius corpus Romam transfertur: cum menſibus tantum* II. *& diebus* 18. *ſediſſet.*

CAP. 48.

Siluerius natione campanus 69. *à Chriſto tempore Iuſtiniani imperatoris circa annum domini* 536. *fuit filius Hormiſdæ Pappæ ex nuptijs ante Papatum. Nullum enim Pappam legimus habuiſſe vxorem ſiue græcum ſiue hebreum hic Silnerius Theodato Rege Gothorum corupto pecunia, iubente creatur Pontifex*

ſine

cum eiſdem puerum cuiuſdem iudei vitriarij aggregari: Qui reuerſus patri interoganti rem pandit. At pater ira ſuccenſus arreptum puerum in fornacem candẽtem, in quo vitra decoquebant, coniecit. Mater eũ diu quæſiuit, & tertia die in officina mariti plorans, & puerum aduocans: agnita voce materna, reſpõſum ex furno dedit: qui ſtatim fracto hoſtio ipſu in medijs prunis incolumen reperit, vt nec capillum flamma læſiſſet. Qui & reſpõdit quandam illuſtrem dominam purpura indutam ad eum veniſſe: & aquam infudiſſe propinquam extinguendo flammam: ac cibum illi præbuiſſe: quã fuiſſe deiparem virginẽ ſinguli dixerunt & mater cum filio, iuſſu imperatoris baptiſati fuerũt: pater incredulus vt parcida, fuit crucifixus in arbore ficu.

CAP.

Qui verò dum contra iuſſiones imperatoris quæ maximè habentur l. nos reddentes. Cod. de ſumma trinita. venirent non recipientes Cõcilium Calcedonenſe: vtrumque exauthorauit: Anthymum quippè & Theodoſium, illis ſubſtituens Zoilum in Alexandria, & Mennam in Conſtantinopoli. Quem Agapitus Pappa tum aſſiſtens conſecrauit & ordinauit, qui tum illuc miſſus fuerat à Theodolo Rege, nec antè vt ait Nicephorus græcus, conſuetum erat quod à Pappa conſecraretur epiſcopus Cõſtantinopolitanus.

CAP. 68.

In quinta autem ſynodo Anthymus exhortatur dare libellum pænitentiæ & proprium epiſcopatum Trapeſuntæ recipere, qui tandem aut timens aut nolens non comparuit Vndè ab vtraque ſede deponitur, & proſcribitur

cum

matiua ſacri concilij ſcripſit. Anaſtaſius ſynaytes epiſcopus Anthiocenus, multa contra Acephalos, & alios hæreticos ſcripſit. vt Nicephorus. 17. to. c. 30. hic peritus in ſcripturis, & tantæ morum integritatis : vt etiam in leuiculis ad diuinum pertinentibus numen, mode rationem adhiberet. Attẽtiſſimus fuit in audiendo: & diſertiſſimus ſtatim ſoluendo. Otioſa preſtãtius ſilencio, quã ſermone reprimebat.

CAP. 77.

Iuſtiniano eum agredienti, in hereſim Apthardocitarum eſſentiret, reſtitit vt petra ac cæteros confirmauit: ſcriptiſq; doctiſſimis monachos Syriæ, & populos Anthiochenos in fide ſtabiliuit : & virillius reſiſtebat. Dum exilium illi parabatur. Dũq; Iuſtinianus libellũ exilii, in eũ dictaret: inuiſibili amẽtia pcutitur: & non

ſine decreto imperatoris, quód non erat conſuetum fuit enim cum conſenſu Cleri ſed moetu extorto is Theodatus fuit, quem Amalaſuntha filia Theoderici ad conſortium regni ſuſceperat, quem tamen exilio necari iuſsit. Vndè pro parte Iuſtinianus commotus miſit Beliſarium Patricium contra Gothos, vt cumquè habens Siluerium ſuſpectum eo tamen intercedente, Romani libere ſe ſè Beliſario dederunt. Habuit Vigilium diaconum ciuẽ Romanum Apochryſarium Auguſtæ Theodoræ competitorem vt conſtat ex epiſtola eiuſdem ad dictum Vigilium.

Conſtat Itidem ex Nicephoro. 17. *tomo. cap.* 8. *dictam Theodoram fuiſſe addictam errori Vtichetis, vnam tantùm naturam, puta, diuinam fatendo in Chriſto,* &

CAP.50.

Eo tempore vt habet Nicephop.17.to.c.32. Anxumita Rex indorũ ex voto fidem & baptiſmum ſuſcepit, cum ſuo populo, ob victoriam obtentã de Homeritis auxiliãte Chriſto. quibus Iuſtinianus ſã ctum epiſcopũ miſit. Cõtigit tum ob rerũ inopiã & famen apud Biſantium increbuiſſe. Vndè Iuſtinianus ſecundæ hebdomadę ieiunij ſeu quadrageſimæ carnes in foro venales ꝓponendas promulgauit; quo vi peracto, populus ob pietatẽ & deuotionẽ ſectandã, nec emebat nec edebat, mortẽ potius ſufferens quam quidquam de patrijs moribus mutare aut trãſgredi. & idẽ legitur de imperatore: pene etiam ſimile in t. tri. c.10 de S. Spiridione qui in ieiunio inſtantis quadrageſimæ nil habente præter carnes ſalſas: quas is iuſſit apponi coram peregrino

cum ſeuero à quacunquè ciuitate Imperij per imperatorem Iuſtinianum. Condemnati etiam fuerunt Theodorus epiſcopus mopſtueſtenſis Theodoretus, Ibas, tuentes errores Arrij & Neſtorij. Item & præfatus Gnapheus qui tryſagio addiderat, qui crucifixùs es, & Seuerus de quo ſuprà, & Zoaras monachus ſciſmaticus, & ſeditioſus etiam Eutychianus iam defuncti vt præmiſſum eſt. Et Petrus apamyarum epiſcopus blaſphemus, Impudicus & hæreticus, deponitur & proſcribitur. Theodorus aſcydas epiſcopus Ceſaræ Capodociæ, præmiſſorum & origeniſcorum deffenſor.

CAP. 69.

Dogmata ſeu errores origenis condemnantur.: in 11. Can. eiuſdem Concilij & Nicepho. 17. to. cap. 28. ea expreßius ita narrat.

Antè

non multò poſt, ex hac vita diceſſit.

Iuſtinus.2.ſucceſſor,conficta occaſione,eum officio deſtituit: potiſſimè quia pecunias illi non dabat: eiuſquè loco Doctiſſimum Gregorium inſtituit.cap.36.tom.17.

Hic tamen poſt mortem Gregorii.reſtitutus fuit: tempore Mauricii Imperatoris,& Gregorii Pappæ. Nicepho.18.tom.cap. 26.

Et quodam tumultu, in Anthiochia,Iudęe eundē fune pedibus aligato, traxerunt per vrbem: & pudenda illi abſciſſa,in os eius proiecerunt: & tandē ipſum igni concreuarunt quod factum eſt tempore Phocę Imperatoris:vt 44 c.to.18. Arbitror hunc eſſe Anaſtaſium:qui actione.10.6.ſynodi ſuſcipitur & probatur. CAP.

& Anthymium ſeu Anthemium epiſcopum Conſtantinopolitanum ob eum errorem depoſitum fuiſſe à Sancto Agapeto preceſſore Siluerij & eius loco Mennam fuiſſe praefectum ſuper quo Theodora doluit. Et per conſilium dicti Vigilij ad Silueriū ſcribit vt aut Anthemium reuocet, aut ad eandem pergat. qui quidem Siluerius ingemiſcens, lectis litteris,in domino tamen confidens, reſpondit ſe non reuocaturum hominem in ſua nequitia damnatum. Vndè ipſa indignata,ſcripſit ad Beliſarium, per eundem Vigilium, vt quibuſdam perquiſitis occaſionibus eum deponat,aut ad ipſam tranſmittat:aiēs Vigilium ſibi pollicitum quòd Anthemyum reuocaret. Qui quidem Beliſarius rei militari deditus (nam tum Roma erat à Gothis obſeſſa) negotiū commiſit

grino, inuitans cum eo vt manducaret, quia omnia munda mundis.

Ex his manifeſtũ eſt ieiunium & abſtinentiam quadrageſimalem ab eis tẽporibus & antea fuiſſe in vſum omni plebi: & cũ delectu ciborum, quod tamen in caſu neceſſitatis non abſtringeret, vt nec nunc abſtringit ex declaratione eccleſiæ de obſeruatione ieiunorum, c. cõcilium nec etiam infirm⁹. Et ex verbis Saluatoris cap. 12. Matthei de diſcipulis confricantibus ſpicas in ſabato propter eſuriem. nec erat neceſſitas extrema ſed ad eam tendens.

CAP. 51.

Eo tẽpore multi in Paleſtina inſurrexerunt renouantes, & profitentes errores Origenis, quos Euſtochius Epiſcop⁹ hieroſolimitanus, ex eorum laura, ſeu mandra, vel heremitorio abegit, at illi diſperſi

Ante corporis animationem anima eſt in cælo, et ſatiatur contemplatione diuina, ſed in ea refrigeſcit, & peccat: ob quod immititur in corpus.

Cælum, ſolem, Lunam, ſtellas & aquas, quæ ſupra cælos ſunt, animatas, et quaſdem virtutes materiales eſſe: reſurrectio corporum hominum erit in figura rotunda, & orbiculari. Omnium hominum impiorum, & etiam demonum tormenta finem habebunt.

Impij, & demones in priorem ſtatum & ordinem reſtituentur.

Pro demonibus oportet Chriſtum crucifigi: & futuris ſeculis ſepius pati à ſpiritibus malignis qui ſunt in cæleſtib⁹ anima Chriſti antè incarnationem, & natiuitatem ex virgine, præextitit vnita deo verbo.

Corpus

CAP.78

Brādanus abbas Scotus, vir excellentis ſanctitatis inſtructor B. Maclouii, & nutritor.

Mactouius, 4 ſeu Machut⁹ prim⁹ epiſcopus. Maclouien. quę tum dicebatur Allecti: & ab eo nomen Maclouienſe accepit: fuit vir mire ſanctitatis multis fulgens miraculis, qui ex hibernia, in hanc menorem Britanniam aduenientes; fidem irrigarūt & plantarunt in parte.

Is Maclouius fuit tempore Pellagii Pappæ. 1. & Iuſtiniani Imperatoris.

Sampſon primus epiſcopus dolenenſis, floruit circa tempora Iuſtini: Et Maglorius eius ſucceſſor, qui ex duobus fratribus erant fratruelles: Sanctus etiam Paulus Leonenſis Epiſcopus, & S. Leonarius, ac Sulianus ex illis partibus venientes, & Colūbanus lumine fidei has partes illuſtrarant: Vndè

cōmiſit Anthoniæ vxori, ſexui his fraudibus addictiſſimo. Vndè ſtatim ſubornatis falſis teſtibus, depoſuerunt ipſum fuiſſe Gothis pollicitum ſe eis traditurum ciuitatem. Et eum coegerunt ſe pontificatu abdicare: & cucullam monaſticam aſſumere: eumquè miſerunt in exilium in Pontianas vbi & moritur domini martir, illic ſepultus, & fulgens miraculis: cùm anno vno tantùm ſediſſet, & menſibus 5. ac diebus 11. Cuius feſtum colitur 20. Iunij.

CAP. 49.

Vigilius ſecundum Platinam & Latinos Romanus 61. à Chriſto, circa annum domini 538. Hic (vt in Siluerio præmiſſum eſt) inſtāte Theodora Auguſta pontifex creatur, pollicitus ſe reuocaturum Anthymium Patriarcham, deſtituendo Mennam.

Vndè

diſperſi perquirerunt qui illis auxilium præberent, quibus potiſſimùm Theodocus aſcydas eſpiſcopus Cæſaree Capadocũ qui egit apud imperatorem vt cauſa apud ciuitatem imperantem conuocaretur. Vndè ea cauſa & ob errores Petri Gnaphei, Seueri, & zoaras Euthichianorum quinta ſynadus vniuerſalis a Iuſtiniano cogitur. Iuſtinianus igitur anno. 27. ſui imperij quintam ſynodum apud Conſtantinopolim aſſignauit & conuocauit, & ea aſſignatio videtur fuiſſe ſub Vigilio Pappa, quã quam multa in eadem citata fuerint ſub Agapito & Syluerio & nonnula ſub Fœlice. Initio dicti cõcilij præſedit Mẽnas Partiarcha forſam adhuc detento Vigilio illiſquè diebus deffũcto Menna Euthichius eius loco inſtituitur: cui Vigilius noluit aſſidere: vt citat Niphorus,

Corpus Chriſti fuit formatum in vtero virginis & deinceps vnitum illi dei verbum, & anima quæ priùs extiterat: vndè virgo non fuiſſet mater dei. Dei verbum aſſimilatum eſt omnibus cæleſtibus ordinibus vt Cherubin, factum ſit Cherubin: Serrphin factum ſit Seraphin & ita omnibus ordinibus exæquatum. Dei virtus terminata eſt in oratione & in ea tantum condidit. Qui hæc ſentit, aut aſſerit (ait concilium) Anathema ſit. Anathema ſit Origeni: qui & Adamantinus dictus eſt: & hæc prouulgauit: vnà cum eius execrandis, & deteſtandis dogmatibus, et omni homini, qui hæc ſentit, aut aſſerit: aut aliqua ex parte audet deffendere.

CAP.

& non longe à Sãcto Maclouio eſt parrœchia.ſãcti Columbani,iuxta mare in qua creditur primum deſcendiſſe. fuit ſub Iuſtiniano 538.ãnte S. Maclouium.

CAP. 79

Sanctus Briocus, indigena Regionis Corythianæ,ei⁹ forſam quę a Corrineo dicta eſt Corrinea, ex parentibus infidelibus ortus,piis tamen, diuina admonitione mittitur Pariſiús, inſtruendus a B.Germano illius loci epiſcopo a quo inſtructus, & præſbiter ordinatus ad ſuos reuerſus,eos ad fidẽ conuertit.Et poſtmodum littora Armoricæ Britanniæ applicuit:vbi in multis fidem plantauit:& irrigauit.Monaſterium cõſtruxit, Vbi nunc Domus epiſcopalis quod ex Chroni. Britanniæ fo.52. conſtat fuiſſe erectum in epiſcopatum. In parœchia noſtra natiua de Ploaſne diocesis Maclouienſis cohibuit

Vndè inſtat Theodora vt Conſtantinopolim proficiſcatur,promiſſa completurus. Quod conſtanter denegauit : aiens quod malè promiſsis non ſit ſtãdum : quam obrem irrata Theodora, ipſum in indicio accuſat:quòd ſuis fraudibus Siluerius iiſſe t in in exilium, & quidam iuuenis eo iubente ceſus ad necem. Vndè & quendam Anthemium ipſa mittit Romam cum mandatis, vt Vigilium recuſantem vi ad ſe perducat quem ex B. Cecilia eccleſia die natalis domini, ſacra facientem prehenſum extrahit : nauiquè impoſitum per Tiberim Conſtantinopolim perduxit:cum execratione populi Romani,aientis,malè meritus es de Romanis, mala tibi eueniant. Ex Cicilia nihilominus Valentinum epiſcopum, & Ampliatum præsbiterũ Romam miſit : qui inte-

rim

rus ſcriptis tamen conueniebant a tempore enim Theodoſij ſenioris ſedes Cõſtantinopolitana erecta fuit ad Patriarchatum in concilio Conſtantinopol. Vbi antea Alexãdrina prior erat, & etiam Anthiocena ex tũc voluit contendere pariter cum Romana quod Leo papa in concilio calcedoné. impugnauit: poſt modũ Agapitus, Ioannes, & Vigilius. & tempore B. Gregorij Ioannes Ieiunator Cõſtantinopolitanus epiſcopus ſe vniuerſalem intitulauit põtificem & tempore Pelagij, ſine tamen fũdamento, eo enim ſolo titulo quod ſedes eſſet imperialis. De adem ſynodo expreſſius ſuper vigillio citatur.

Poſt ſynodum Iuſtinianus canticum compoſuit, & pſallendum Eccleſiæ tradidit, quod ſequitur, & dicitur troparium. Vnigenitus filius & verbũ dei

CAP. 70.

Triſagij de quo frequenter meminimus: huius fuit tenor & ratio: vt citat Nicephorus tomo. 14. cap. 46. & Damaſcenus 3. lib. c. 10. & in epiſtola de Triſagio.

Tempore Theodoſij imperatoris, & Proclij Patriarchæ fuit admirandus terræ motus, ſex continuis menſibus, fere per orbem vniuerſum: & etiam in mari. Vndè & epiſcopi perterriti exierunt ex vrbe Conſtantinopolitana cum litanijs, & ſuplicationibus, diuinum auxilium implorantes tum præter omnium opinionem contigit miraculum: Subito namque cunctis expectantibus, vi quadam diuina puer in aera tractus adeò ſublimis vt non appareret diuinam vocem, qua mos eſt angelis laudare deum audiuit: qua percepta dũ deſcendiſſet retulit ſe audiuiſſe

hibuit aduentum maris, a ponte Orſonis, ad eum vſq; locum, vt patres noſtri nunciarunt: & multis locis patent indicia maris, in arenoſo ſabulo, ac teſtudinibus piſcium maritimorm. Obiit in loco. S. Brioci: eius tamen reliquiæ tranſlatæ fuerũt ad S. Sergium Andegauẽſẽ: quadã parte capitis, poſt modum relata.

CAP. 80.

Gregorius anthiochenus epũs, poſt exilium Anaſtaſij, de quo ſuprà habet Niceph. 17. to. c. 36. à primis capillis in vita monaſtica, & ſtudiis exercitatus. in monaſterio Cõſtantinopolitano Præfuit. Tũ iubente Iuſtino paſtor in monte Syon extitit: vbi à barbaris periculoſè obſeſſus, eo tamen authore & ſuaſore pacem inierunt. Demũ cũ res magnas pere giſſet ad epiſcopalem promouetur dignitatẽ in qua ipſe: preſul digniſſimè

riam eccleſiam gubernarent.

CAP. 50.

Iuſtinianus cum populi comitatu præmiſſo Vigilio reuerenter obuiauit & ſolemniter eduxit in templum S. Sophiæ. At Theodora tentat vt pollicita præſtet. Qui reſpondit, ſe potius quoduis ſuplicium pati. Vndè minis inſtanti, reſpondit ſe ad Diocletianum veniſſe nec tamen illi profuit: vt Agapito. Fugit in templum S. Euphemiæ à quo vi extrahitur: & colo fune ligatus per vrbem trahitur, ad veſperum vſque: & carceri includitur, in panè & aqua: patienter tamen ferens aiebat ſe peiora meritum. Clericiquè eiuſdem Vigilij partim in exilium, & partim ad metalla excudenda ſunt deportati.

Poſt

dei qui cũ immortalis eſſes, dignatꝰ es propter ſalutẽ noſtram incarnari, ex ſancta dei genitrice, & ſẽper virgine Maria, & inmutabili ratione homo factus, & crucifixus, Criſte Deus, morte mortem proculcaſti, & qui vnius es ſancte Trinitatis, & cũ glorificaris cum Patre & ſpiritu ſancto, ſalua nos. Nicephorus tom.17.c.28.

CAP. 52.

Zelo huius ſancti principis quæcunqnè belluæ hæreticorum, ad ſua latibula ſe contulerunt: potiſſimũ poſt illã. 5. ſynodũ. Et non multò poſt ſator Zizaniorum Diabolus, tranquillum eccleſiæ ſtatum ferre non potuit: ſed iterum praua dogmata ſeuit: errorem nempè Seueri, & Cayetanide quibus iam ſuprà. cap. 30. Hereticorum.

Qui cum quodam Iulliano Halicarnacco, naturam humanã in Criſto- ponebant:

diuiſſe canticum illud: Sanctus deus, Sanctus fortis, ſanctus & immortalis miſere nobis. Id vt Proclus intellexit ſanccmiit dictum canticum in eccleſia cantari, & ſtatim conquieuit terræ motus, & deffunctus eſt puer: qua propter imperator Martianus, & Pulcheria Augusta, decreuerunt canticum illud initio cuiuſlibet carminis decantari quòd ex eò tempore eccleſia diu accepit, in cõcilio Calcedonenſi & gnapheus adiecit quoſdam verſiculos, quorum vnus fuit: qui crucifixus es pro nobis miſere nobis quaſi diuinitas ſit paſſa, aut quòd ponatur quaternitas, vt Damaſcenus deduxit amplè.

Dicitur autem triſagium quod ter agios in græco contineat, in deſignationem trium hypoſtaſeon ſeu perſonarum, quòd

mè atq; diligentiſſimè ſe geſſit. erat ſi quidem in rebus omnibus cùm animo tum concilio optimo, auſteritatis & reuerentiæ tẽperatæ vti alter Gregorius Theologus liberalis fuit & magnificus, vndè ꝙ aliis impoſſibile fuerat, milites Mauricio imperatori infenſos hac ſua magnificẽtia obſequentes reddidit. Tandem tamen accuſatur a quodam Aſterio præfecto Orientis, adeò vt in eum commouerint principes ciuitatis. In ea cauſa quidam Ioannes nomine, vir nõ ſatis idoneus delegatur qui & aduerſus Gregorium accuſationes audiuit.

Sed Gregorius ad imperatorem & concilium prouocauit, cauſamq; dicturus Conſtantinopolim acceſſit. vbi Patriarchæ Cõſtantinopolitani preſides eccleſiarum ſua ſpõtè, vel acciti affuerunt. Vbi condemnatur Aſterius, & cœditur

Poſtmodùm pœnitentibus & ſupplicantibus Romanis cum Narſe Vigilius cum exulibus relaxantur Ipſe tamen in via apud Siracuſas calculo moritur & eius corpus Romam deſſertur, ac ſepellitur apud S. Marcellum ita enarrat Platina, & Latini quod creditur verius Suo tempore fuit quinta generalis ſynodus Conſtantinopolitana. Item et concilium Aurelianenſe ſecundum. Item & tertium. Item & concilium Aruernenſe diſſimiliter tamen.

CAP. 51.

Nicephorus 17. *tom. cap.* 26. *Narrat, ait enim Vigilium Roma per Gothos ſub Totilia reſumpta Conſtantinopolim confugiſſe, & magnificè à Iuſtiniano acceptum ac pollicitum ſe eccleſiam ad vnionem rediturum, & tria aduerſantia capitula iugulaturum, nihilominus eò dementiæ*

ponebant: ſed incorruptibilẽ, & inpaſſibilem, ante reſurrectionem vt poſt eandem. Hæc hæreſis autem, dicebatur Aphthar o docitarum: qua multi viri illuſtres infecti fuerunt: & etiam imperator, quadam compaſſione, & amore ad Chriſtum, vt Petrus cum dixit: abſit a te domine, Et huic opinioni, ipſe imperator ſine diſcutione, volens inſiſtere, ac Eccleſiam in ſuã ſententiam adducere, edictum ſcripſit: quo corpus domini incorruptibile, vt poſt reſurrectionem, ita & ante aſſeruit: compellens cunctos, ex oriente & occidente in eam ſententiam, cui ſancti epiſcopi reſtiterunt.

CAP. 53.

Euthychius Conſtantinopolitanus epiſcopus (quem tamen inſtituerat epiſcopum) eidem conſtanter reſtitit: quemobrem ipſum depoſuit. Vigilium

quod greci his verbis exprimunt Hagyos ô theos, Hagyos iſchyros Hagyos Athanaros eleiſon ymas. Et eccleſia ſub his verbis raro vtitur, puta in die paraſceues. Sed potius de ſumpſit ex Iſaia 6. & apoca. 4. cap. vt dicatur canticum ſanctus, ſan ſanctus domin⁹ deus etc. Multò antè Sixtus primus ordinarat ipſum in miſſa decantari. Et in cõcilio Valenſi, tempore Leonis primi ordinatur vt in omnibus miſsis decantetur, & quòd nomen Papæ in omnibus eccleſijs recitetur.

CAP. 61.

Eutychius epiſcopus Conſtantinopolitanus à Iuſtiniano ob conſtantiam fidei eiectus, per eius tamen teſtamentum à Iuſtino reuocatus tandem in errorem decidit, ac compoſuit librum de reſurrectione, quo aſſerebat corpus noſtrum vento ſubtilius reſurrecturum

ditur neruis bubali, & in ſuam ſedem Gregorius eſt reuerſus.
Eam tamen ſynodū Pelagius Pappa reꝓbauit: & poſtmodū Gregorius nō ob ſententiā iuſte datam ſed quia ſine authoritate apoſtolica: & quia Ioannes Ieiunator epiſcopus Conſtantinopolitanus, ſe vniuerſalē, & œcuminicū intitulauit. A reditu vero apud Anthiochiam, quæ tū Teopolis dicebatur ratione qua ſuprà in Iuſtino c. 33. tantus terræ motus, concuſſio & ebulitio circa tertiam noctis hora exoritur, vt euulſa fuerūt edificia, & multitudo ruinis opreſſa circiter. 60. millia hominū. Vbi & Gregorius cū podagra laboraret nutu diuino vna cū lecto à ſuis fune dimittitur & cum admiratiōe ſeruatur, vbi & Aſterius interius multa loca prout potuit peragrans dogmata Seueri, exterminauit, & eccleſiæ diſcipli-

dementiæ progreſſum, vt Mennam 4. menſibus à communione excluſerit, & idem Menas aduerſus eum egit. Vndè Iuſtinianus commotus miſit qui eum comprehenderēt & ex templo B. Sergij quò auffugerat extrahitur, ſed pœnitente Iuſtiniano, & Theodaro intercedente ſuſcipitur, qui et Mennam etiam ad communionem admiſit, qui eo anno obijt. Et Euthychius per Iuſtinianū eius loco ſufficitur, equidem eo munere dignus, nam non is à quo Eutychiani. At tunc in nichoato quinta ſynodo Vigilius Eutychio rſidere noluit, ſcripto tamen interueniente cum eo conueniebat & finita ſynodo Romam reuertitur, diſſentiens errori in quem

gilium etiam ante ſuum reditum, plurimum ſuper hoc tentauit, ſed in vanũ. Anaſtaſium etiam epiſcopum Anthiocenũ in quẽ cœteri aculos cõiecerant omni arte egreditur vt cũ eo conſentiat. At vir ſanctus ſemper vt petra cõſtans in fide ſubſtitit: Vndè & cœteri epiſcopi eidem ſirmiter adhæſerunt & eam ob cauſam, exilium imperator illi meditabatur: ſed eò conſtantius illi reſiſtebat Anaſtaſius: Porro etiam dominꝰ aliter diſpoſuit. Nã cũ dictaret libellos exilij eiuſdem ſacerdotum: inuiſibili plaga, in amentiam vertitur & nõ multo poſt ex hac vita exceſſit. Lucido tamẽ interualo, in teſtamẽto Euthichii reſtitutionem Iuſtino ſucceſſori mãdauit: quod fuit ſignũ ipſum nõ obiiſſe in eo errore. Vndè & multi eum ſanctum proclamant, propter egregia illiꝰ facta religionemquè

ſurrecturum: Sed fuit cõiunctus a B. Gregorio illuc miſſo à Telagio 2. quare imperator librum eius palam exuri fecit.

CAP. 62.

Iohannes Ieiunator poſt præfatum Eutychum, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ præfuit, temporibus Tyberij & Mauricij imperatorum. Qui ob abſtinentinm dictus eſt Ieiunator, & à quibuſdam elemoſinarins ob liberalitatem: vt Iohannes Alexandrinus. Vndè ex ſuis bonis poſt eius obitũ, nihil præterquam lectulum ligneum cum amictu laneo repertum eſt. Vt videre licet apud Nicephorum 18. *to. cap.* 34. *Platina quoque in vita Benedicti primi, ait eum ſua doctrina Eccleſiam orientalem in fide contitinuiſſe.*

nam adduxit. qui & obiit tempore Cregorii Pappę Et poſt eum Anaſtaſius, in eam ſedem eſt reſtitut⁹.

CAP. 81

Gregorius Turonenſis epiſcopus paulo antè hæc tempora, quia ſub Iuſtino 2. floruit miraculis, doctrina, & ſcriptis. multa enim de laude ſáctorum, & potiſſimum B. Martini: Et de hiſtoriis Regum Franciæ. videtur fuiſſe in aliquo cõtemporaneus B. Gregorii & præfati Gregorij Antiocheni. Eius eum hiſtoria vſque ad Mauriciũ & dictum Gregorium.

Paternius notarius beati Gregorii quoſdam libros doctos edidit elucidatu cidaturos ſcriptorum. B. Gregorii

CAP. 82.

B. Gregorius Sanctæ Ecclesię doctor, Dequo hic proxime in ordine pontificum, ſtatin a ſua creatione in pontificem, reprehéſus à Ioanne epiſcopo Ranenſi.

Iuſtinianus inciderat, ſed in itinere mortuus eſt, cui ſucceſſit Iohannes Cattilinus, ex cap. 29. Ecclesia tamen Romana ponit Pelagium primum, poſt dictum Vigilius Romæ et alibi ſedit annis 17 menſibus ſex diebus 20.

CAP. 52.

Cauſis in parte iam citatis de erroribus Gnaphei & cæterum Eutychianorum, & nonorum Origeniſtarum quinta generalis ſynodus apud Conſtantinopolim, a Iuſtinia- primùm, conuocatur, initio cuius Mennas præſedit: Vigilio adhuc vt conijcitur detento.

Menna deffuncto Eutychius Mennæ ſucceſſor cũ Vigilio præponebatur cui Vigilius aſſidere noluit, ex cauſa iam Narrata: ſcripto tamen conueniebat cum Eutychio initio concilij dum proponerentur errores Origenis, Didimij & Euagarij, longè antè deffunctorum:

ligionemq; ſine innouatione more ſolito colere recepit. In rebus cæteris nil dignum egit. Nam intemperanter, & diſſolutè voluptatibus vacabat, auaritiæ & turpi lucro inhiabat. Adeò vt ſacerdotia venalia exponeret Iuſtinum cognatum ſuũ virũ ſtrenuum inſtinctu Sophię. vxoris proditioſe occidi fecit.

CAP. 55.

Conficta quadam occaſione Anaſtaſium ex ſede Anthiochena deturbauit Sophia dicti imperatoris Iuſtini vxor, inſtigantibus quibuſdam delatoribus, partim Romanis qui Narſetem oderant eum ab Italia reuocauit probroſè dicẽs, vt ipſe enucus ad lanam & penſa rediret. Quod indigne ferens, reſpondit ſe eam telam orſurum que eius inimicis in extricabiles errores preſtaret, quod & fecit. Nam Albonium Regem

Contigit autem pro cauſa Gregorij Anthiocheni, ſynodum vt ſupra dictũ apud Conſtantinopolim cogi, ac celebrari in qua hic Iohannes œcumenicum & vniuerſalem Patriarcham ſe inſcripſit. Et ſcribens ad Pelagium, de quodam Iohanne præsbitero, cuius cauſam B. Gregorius terminauit, poſt Pelagij obitum, ad omnem penè verſum ſe vniuerſalem nuncupauit vndè Pelagius id illi prohibuit, & acta concilij caſſauit. Beatus etiam Gregorius Pelagij prædicti ſucceſſor, pariter egit, vti recitat 4. lib. regiſtri ad Mauricium, & ad eundem Iohannem ſcribens. Qui & Mauricius, nec dum verba hæc non repreſſit, ſed mandauit Gregorio, vt cum præfato Iohãne pacem haberet quòd ægretulit. B. Gregorius conſtanter aiens id eſſe cõtra euangelium & contra

nepſi quod vir idoneus auffugiſſet paſtorale officium, Librum, paſtoralis compoſuit: quo oſtendit quanta ſit cura paſtorum Item & librum moralium edidit inſtantia Leandri Hiſpalenſis epiſcopi, qui Diuino nutu reperitur Romæ.

Item Homelias in Ezechialem & Euangelia ſuper cantica, & libros dialogorum. & epiſtolas innumeras. Mirumquè inter tantas curas & continuas infirmitates, tanta potuerit.

CAP. 83.

Leander epiſcopus hiſpalen. quæ nunc ſibilia dicitur, multa ſcripſit, & egit pro deffentione fidei & cōtra Vvandalos Arrianos, qui ex Affrica in hiſpaniam fugati fuerũt a Beliſario.

Dictus ſanctus vt citat Gregorius tertii Dialogorum.

deffunctorum & Aſcydas pro tuitione ſuorum Theodorici epiſcopi Mepſueſtienſis, Theodoriti, et Ibæ etiam deffunctorum opinines petduceret primò eſt quæſitum an iam olim deffunctos Auathemate ferire liceat.

Cui reſpondit inter cateros premiſsÿs Eutychius Ioſiam non tantum viuentes ydolorum ſacerdotes ingulaſſe, ſed etiam effodiſſa ſepulchra priùs mortuorum pro quo reſponſo Eutichius loco Mennæ preficitur promouetur epiſcopus, predictiquè Theodorus, Thedoritus, Ibas, qui iam eiecti & condemnati fuerant tuentes errores Neſtorÿ, aut Arrÿ, & contra Cyrilli capita ſcribentes denuò condemnantur deffuncti. Similiter Petrus Gnapheus etiam deffunctus, Anthymus, Seuerus Zoaras, & Betrus Apamienſis.

Qui

Regem longobardorum cum ſuis hunis ex pannomia in Italiam vocat, qui tandem eam vi occupant: & tum Italia ab eis multas clades paſſa eſt

Quod & prodigia, acies ignæe in cœlo apparentes antea portenderant: Quarum Gregorius meminit in eum euangelij contextum: erunt ſigna in ſole & luna, & ſtellis. Et demum Narſes cũ eis exiſtens apud Neapolim mortuus eſt. Paulus tamen Patriarcha Aquilerinſis, & Fœlix epiſcopus Taruiſinus Alboinium Paulo mitiorẽ reddiderunt. Sed ex tunc excuſſo iugo Conſtantinopolitano Romani per patricios regebantur. Et Longobardi toti Italiæ (Roma dempta) dominati ſunt vſquè ad primum & Carolum magnum. Vndè & Sophia non ſapienter, ſecundum ſuum nomẽ egit.

tra Chriſtũ, qui Petro dedit claues regni celorũ in ſuper & quandoq́ dictũ imperatorẽ monuit, quòd contra deum quaſdem leges ſtatuiſſet ex quibus indignationem ipſius incurrit Vt ſuper eodẽ Mauricio dicetur. Vincentius l.23.c.17. volumine quarti ſpeculi hiſtorialis, ait dictum Iohãnem repentina morte initeriſſe, et mirum quod tantus vir tantum ſchiſma mouerit, aut ſuſtinuerit, quòd nullus predeceſſorũ attemptarat, ſe ſupremum & vniuerſalem praedicando. Nam et in Calcedonenſe concilio in quo de nouo contendebant, eam ſedẽ ex concilio Conſtãtinopolitano æquis priuilegijs ſenioris Romæ frui & ſecundã poſt Romanã dici. Leo Pappa & omnes alij ſequentes id opposuerunt, propterea contendiſſe de paritate cum Romana: quæ eſt ſedes B. Petri & locus imperij ac caput mundi.

cap.31. Ermigildum filliū Lenugildi Regis vigothorum in hiſpania ex Arriana hęreſi ad fidem cóuertit: quem pater minis vinculis & arrianorū ſuaſionibus diuertere nō potuit. Et ea propter ipſum ſecuri occidi fecit in carcere. Sed noctibus ſequentibus eo loco cantus angelorum audiebātur, & lampades apparebāt adeò vt pater Lenugildus rex commotus penitētia hoc feciſſe doluit timore tamen ſuæ gentis conuertit pertimuit. In extremis tamen filium ſuum Richardum fratrem dicti Ermigildi Leādro episcopo commēdauit, vt eum inſtrueret, vt fratrē inſtruxerat, & ita eſt defunctus: is autem Richardus frattem martirem imitatus ab arriano errore conuerſus totam gentem Viſi gothorum ad veram fidem perduxit nec quidquam admitebat in

Qui & authoritate Iuſtiniani proſcribuntur de Anthymo ſupra 97. cap.

Altera ceßione libelli ſanctorum Monachorum Eulogiæ, Canonis, Cyriaci, & Pancratij & alij directi Vigilio contra dogmata Originis proponuntur: & ſeriatim omnia dogmata Anathemantiſantur: & ipſe Origines qui primus hac promulgauit: & horum materiam Zizaniorum præbuit. Maneti Sabelio, Arrio, & Eumonio: Vt in 11. *cano. eiuſdem concilij Illiuſquè errores expreſſiùs ſpeciſſitātur à Niceph. in actibus concilij: qui ſupra ſecundum Auguſtinum fuerunt notati.*

Vndè & iterum eos citabimus in cathologo hæreticorum huic oppoſito. hæc ſynodus fuit 165. *epiſcoporum.*

CAP.

egit. Nam & is Narſes pijſſimus fuit, & deuotus de republica optimè meritus ex Platina ſuper Iohannem tertium.

CAP. 56.

Perſameni ſeu incolæ maioris Armeniæ, per Gordianum & Philipum imperatores, in ditionem Perſarum quadam compoſitione venerāt, vt minor tātum Armenia ſubdita Romanis permanſerit. Et illi Chriſtiani grauiter a Perſis contra legem Chriſti affligebantur, quapropter clam ad Iuſtinum miſerunt precantes vt in ditionem Romanorum ſuſciperentur ſecundum ritũ Chriſtianæ legis: Et interim omnes magiſtrat⁹ & gubernatores eis datos à Perſis interfecerunt. Et Iuſtinus ſuper his luxui vacabat, nec ſe ad bellum inſtruebat.

Sed &

CAP. 63.

Lõgobardi gens ſcilicet vicina Gothis VVãdalis, et partibus illis tartareis prodierunt & poſt multa bella cum illis Gothis, in pannonia regnarunt. Narſes verò Patricius miſſus in Italiam ad expugnandos Gothos, quinque milia hominum pugnaciſſimorum ex eis aſſumpſit Albryno rege eorum id concedente, quod fuit initium amicitiæ inter eos. Et dicti ſunt Longobardi à modo protenſæ barbæ, & Cæſarium. Narſes cũ Gothos ex Italia expuliſſet, & poſt Iuſtinianum Iuſtinus imperaret Sophia dicti Iuſtini vxor vt ſuper eo præmiſſum cap. 45. Narſetem cum oprobo euocauit ex Italia aiens quòd ipſe Enuchus ad Lanam & penſa rediret. Ex quo Narſes indignatus Albrynum regẽ Longuobardorũ cum ſuis in Italiam euocauit, qui

eam

in exercitu ſuo niſi fidelẽ: vndè & ex meritis fratris martiris & exortationibus huius ſancti viri granum frumenti mortuum tot fructus attulit.

Rex enim prefatus coacto concilio toletano tertio ipſe cum populo ſuo arrianum errorẽ Anathematiſantes, profeſſionem veræ fidei ſubſcribentes dederunt perfectiorem quã antè aliquam legamus: vt cõſpicuũeſt ex actis eiuſdẽ cõcilij Itẽ & ordinatũ fuit inſtãtia eiuſdẽ regis quod ſimbolum fidei caneretur in ommi eccleſia, vt corda fide purificarentur ad percipiendum corpus Chriſti.

CAP. 84.

Latonianus Epiſcopus Cartaginenſis vir doctrina & pietate inſignis tẽpore Sabianii Pappæ & Phocæ imperatoris vt citat Platina ſuper eodem Sabiano.

Ioannnes

CAP. 53.

Pelagius 1. *Romanus* 62. *à Chriſto, tempore Iuſtiniani imperatoris, & Totilæ regis Gothorum circa annum domini* 566 *accuſatur fuiſſe in cauſa malorum, quæ Vigilio fuerunt illata: Sed coram Narſete, & toto populo tactis ſacro ſanctis, ſe purgauit: & populo ſatiſfecit. Eccleſiam in pace conſeruauit: etiam turbulento tempore Totilæ. Conſtituit vt hæretici, & ſchiſmatici manu ſeculari coerceantur: cum ratione duci noluunt. Sub eo fuit concilium Aurelianenſe* 4. *Item* 2. *Turonenſe. Item Parienſe primum, & Aurelianenſe quintum. Sedit annos penè* 12.

CAP. 54.

Iohannes 3. *Romanus, à Chriſto*, 63. *temporibus Iuſtini* 2. *imperatoris: circa annum domini* 567. *multa prodigioſa ſuo tẽpore fuerunt. Fuit*

Sed & quendam martianum cum exercitu minus parato miſit, qui Nyſibin obſedit, contra quam oppidani, nec dignati ſunt claudere portas. Sed, & Coſroe Rex perſarum exercitum mouit in eum a quo non cauebat credens eum mortuum, ſed longe aliter fuit. Nam exercitũ Iuſtini in fugam vertit: Anthiochiam Gagalicam daras, & plurima alia fortalicia Romanorum vaſtauit & occupauit, & ipſe cum tropheo in domũ eſt reuerſus. Et his cognitis Iuſtinus mẽte agitatus in inſaniã decidit: ita vt nihil eorum, quæ fierent, intelligeret. At Tiberius ſecundus ab eo qui rem imperii in maximis periculis cum euidenti adiutorio diuino ſtranuè adminiſtrarat tunc imperii curam & ad miniſtrationem ſuſcepit. Et is tiberius ſub nomine Sophiæ Auguſtæ Traianum virum præclarum miſit

eam poßiderunt vſque ad tempora Caroli magni commorantes preçipue apud Mediolanum, Ticinum, Bricinum &c. Vndè ea pars vſque modò et Lombardia dicitur. Romani etiam eam obſederunt tempore B, Gregorij ſed non obtinuerunt. Perſecutiones innumeras exercuerunt contra eccleſiam, & fideles. Eſto enim eſſent baptiſati nihilominus ipſi colebant ydola, vt arborem quandam, & ſimulachrum cuiuſdem viperæ, quos tamen ex eo errore retraxit vir ſanctus barbatus epiſcopus Beneuentanus ex Martino ſuper Iuſtino 2. fuerunt ſub multis regibus ſucceßiuè.

CAP. 64.

Rotaris Rex præmiſſorum Lombardorum poſt Arialdum, licet alioquin pius & iuſtus, decidit tamen in hæreſin Arrianam tempore Iohannis 4. Pappæ

Ioannes patriarcha Alexandrinus fuit eo tempore, & reor eum fuiſſe qui dictus eſt elemoſinarius de quo in vitas patrum Sed de ſuo tempore vbi non conſtat, nec totus is liber eſt Hieronimi: alioqui multo antè tempore præfuiſſet. De virgine ait ipſum fuiſſe tẽpora Phocæ imperatoris circa. 600 fuit & alius Ioannes Ieiunator Conſtantinopolitanus etiam dictus elemoſinarius de quo ſuprà & infra.

CAP. 85.

Fortunatus epiſcopus Pictauienſis vir in diuinis ſcripturis doctus, ſanctitate vitæ & ſciẽtia & eruditionis clar⁹ plurima docte ſcripſit, & ad multos de laude potiſſimè. B Martini. cuius ſuffragiis dolore oculorum fuerat illuminatus. Item & venerabilis epiſcopi Leontii.

Leontius

Fuit amiciſſimus Narſetis, & eum ex Neapoli in Vrbem reuocauit. extat eius decretalis epiſtola, ad omnes epiſcopos Galliæ. Suo tempore Armeni fidem ſuſceperunt. Sub eo Maurus Abbas in Gallijs deceſſit. Sedit annis ferè 13.

CAP. 55.

Benedictus I. Romanus 64. à Chriſto, temporibus Iuſtini 2. & Tiberij circa annum domini 576. Vir ſanctiſſimus ſuo tempore Italia perſecutione Longobardorum inedia oppreſſa fuit. Vndè in tanta ſolicitudine & dolore mortuus eſt extat eius decretalis epiſtola ad Dauid epiſcopum de fide ſanctiſſimæ Trinitatis. Sedit annis. 4. & menſibus penè duobus.

CAP.

miſit ad Coſroem in lega tionem caſum & errumnam mariti ſignificans, & perturbatæ republicæ :ad dens indecorum mulieri viduæ principi iacenti & reipublicæ turbatæ inſultare. Tunc ipſum aliquando egrotantem id illi euenisſe, vbi preclariſſimos medicos ex Romana ditione ad eum miſiſſent: qua legatione flexus triennales inducias conceſſit. Partibus Orientis in Armeniam tamen bellũ mouit. Iuſtinus tãdem in preclaro interualo, inſtinctu Sophiæ vxoris declare Tiberium in Ceſarem inſtituit, cum ſolemni & docta exortatione vt in Niceph. 17. to. cap. vltimo Et cum ſolus imperaſſet annis. 12. ac menſibus decem cum dimidio. Cum Tiberio autem tribus & in toto. 15. vel ferè. 16. vita exceſſit.

Patricius

Pappæ, & Eraclij vt citat Platina in eundem Iohannem, & in ſequentibus, à quo inſtingatus non legi. Nam videbatur ea hæreſis in Rothardo rege Viſigothorum, qui concilio Toletano 3. finiuiſſe, vt ſuprà in Leandro præmiſſum eſt. ca. 85. Et certum eſt, hunc Rothardum ita illis fauiſſe, quòd in qualibet ciuitate ſui regni inſtituerit epiſcopum Arrianum pari authoritate cum Catholico, & id toto ſuo tempore, quidquid Theodorus, Pappa, & Martinus ſucceſſor, temtauerint impedire. Vndè tempore Cõſtantij 3. & Martini Pappæ, inſtante Theodoro & Italia Exarcho, bellum eiſdem indicitur. In quo tamen iſdem Theodorus vincitur & fugatur. Vndè Rhotarus omnem Liguriam ſtatim in ſuam ditionem redegit. Ea propter Conſtantius Theodoro

Leontius ipſe prius monachus libros contra Philoponum hæreticum ſcripſit. Ipſe fortunatus ſub Iuſtino iuniore claruit circa. 570.

CAP. 86.

Nunc poſt Hieronimum Gemadium Platinam & Vincentium inſequor & Tritennium, hoc dempto quod ex Tritennio ſuam etiam ſupputationem poſteriores ſepius prioribus anteponit.

Seuerus eiuſdem latiniani, aut Liciniani familiaris & Collega epiſcopus vrbis malacitanę vir eruditus, ſcripſit contra vincentium Cæſarauguſtanum epiſcopū arrianum & multę alia. Fertur obiiſſe ſub Mauricio imperatore, vt Latunanꝰ parum abfuit, inter ipſum & Phocam.

CAP.

Pelagius 29. Romanus Pontifex à Chriſto 65. ſub ſine Tiberij, & initio Mauricij imperatorum circa annum domini 580. creatus eccleſiæ præfuit. Is abſquè iuſſu & decreto imperatorum creatus fuit Pontifex. Cum ob ciuitatem diu obſeſſam à Longobardis, tum innundationem imbrium nullus extra eam poſſet emitti, eo tempore nulla fiebat electio Pappæ à Clero quàm priùs imperator non approbaſſet: quàm obrem miſſus fuit Gregorius tunc Diaconus Cardinalis ad placandum imperatorem vbi cum omnia ex Pontificis ſententia perfeciſſet, Eutychium epiſcopū, qui aiebat corpus in reſurrectione inpalpabile, & vẽto ſubtilius. Ita coram imperatore conuicit, vt id coactus fuerit reuocare.

Hic

Patricius Romanus primus exharchus in Italia, qui ſecundũ Gregorium crudelius vaxabat populum quàm hoſtes.

CAP. 56.

Thiberius 2.trax.63.imperator circa annũ domini. 582.hunc Iuſtinus adoptauit prius in Cæſarem & conſortem imperij, cũ quo tribus annis adminiſtrauit imperium & circa finem auguſtum eum creauit. Cum vir eſſet omnino dignus imperio, De quo & dici poſſet illud ſapientię, beatus vir qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt &c. munificus enim fuit ad ſuos, pius & liberalis ad ſubditos, & pauperes, ſtrenuus & fortis in bello. ſtatim eum a ſua creatione coacto præclaro exercitu, de Perſis triumphauit

Et

Theodoro reiecto Olympium Hierarcum in Italiam mittit. Qui vt mala malis addentur, etiam hæreſim Monothelitarum per omnem Italiam ſpargerent. Martinum Papam inſuper aut interficeret vel perduceret ad eundem: quod tamen dominus non permiſit cap. 71. vt ſuper eo Conſtantio & Martino dicetur. cap. 70.

CAP. 85.

Quanquam in ſuperioribus ob ortas ſectas cum earum authoribus Calcedonenſe concilium præmiſerimus in bona parte ſecundum Damaſcenum et alios. Eas tamen pro manifeſtiori declaratione & conformitate ſecundũ recapitulationem Niceph. à 45.capi. vſq; ad 55.to.18. eas hic explicabimus. Vndè ex obortis ſectis ab eo cõcilio fuerunt. Euthichianiſtæ, Acephali Chriteitæ Agnoetæ Theopachitæ, Iacobitæ, Seueritæ, Armeni,

CAP. 87

Martinus epiſcopus Eupimenſis & prius abbas ex Oriente veniens in Galliam populum Suenorum doctrina ab arriana impietate conuertit: Regulas fidei conſtituit: monaſteria condidit ac multa docta ſcripſit, vt de virtutibus cardinalib⁹, epiſtolas morales & alia nõ nulla. Claruit ſub Iuſtino Auguſtino circa annum. 540,

CAP. 88.

Ioannes epiſcopus Conſtantinopolitanus tantæ fuit abſtinentiæ, vt diceretur ieiunator, & tantæ pietatis ad pauperes vt cognominaretur Elemoſinarius. Vndè & Mauricius imperator ex regia vrbe omnes pauperes emendicantes. qui ad elemoſinas dicti patris confluebant, voluit compellere Zelo auariciæ, vt aiunt, Scripſit græco ſermone ad Leandrum epiſcopum

Hic Pelagius ſcripſit epiſtolam decretalem qua diffinit ſine authorite ſedis apoſtolicæ concilium non poſſe celebrari. Vndè & abrogauit, quæ in quadam ſynodo Conſtantinopolitana inſtituerant. Vt de his habetur diſtinctione 17. *Multi denuò, Idem ſcripſit & ſecundum in qua declarat epiſcopum poſſe mutari ex vna ciuitate in aliam: quando id maiorum concilio, & eccleſiæ vtilitate aut neceſſitate, & non cauſa auaritiæ, vel ambitionis, aut propria voluntate fit. vt habetur* 7. *queſtione* 1. *cano. Scias frater. idem & tertiam ſcripſit: in qua ordinem & numerum præfationum tradidit, quas cantat eccleſia vt refertur de conſecratione diſtinctione.* 1.

Sub

& eos cum magna præda fugauit Duce Iuſtiniano Frẽ Iuſtini, priùs à Iuſtino Imperatore occiſus adeò vt Rex Choſrœ ingenti dolore confectus, cùm de decore vitam amiſerit.

Cui filius eius Hormiſdas ſucceſſit. De his amplè habet Niceph. initio. 18. to. Cum eundem Tiberium vxor eius Auguſta argueret quod theſauros reipublicæ diſſiparet, reſpondit confidẽdo in domino nil de futurum, Si eleęmoſinis in cœlo theſauriſauimus.

CAP. 57.

Vndè cum in quodam palatio regali cerneret crucem Marmoream in pauimento, ex reuerentia eam crucem iuſſit auferri, ne pedibus conculcaretur, ſub qua & aliæ duæ repertæ ſũt: ſub quibus maximum Theſaurũ auri & argenti reperit & ex theſauris Narſetis, & ex preda Perſarum innumeri

Monophiſitæ, Aphtartodocitæ, Eutychianiſtæ, ſpeciales vltra premiſſos fuerunt, qui Euthichianum & Dioſcorum ſuſceperunt. Achephali duce Seuero Anthiocheno vnam verbi & carnis naturam malè predicantes. Henoticũ Zenonis, quòd concilium Calcedonenſe expreſſe non anathematiſaret, reſpuerunt. Ideò dicti Acephali quia ſub epiſcopis non fuerint, aut quia ſine authore vel cerebrò. Apud eos nunquam baptiſmus ſecundũ eccleſiæ ritum adminiſtratur. Nec ablatio nec diuina officia, vt mos eſt, celebrantur. Communionem verò plurimo tempore aſſignatam habentes feriis Paſchalibus in minutiſſimas inciſam partes conuenientibus hominibus dabant. Thritheitæ ſiue Tritoitæ quorũ dux & protector fuit Iohannes Tryteites ſeu Philoſopomus

ſcopum & de ſacramento baptiſimi. Claruit ſub eo dem Mauricio circa annum domini 600. Et de eo iam ſuprà.c. 62.quarti cathalogi.

CAP. 89.

Eutropius epiſcop' Valentinæ abbas quondam Surbitani ordinis ſancti Banedicti quo tempare multas epiſtolas ad eundem ſcripſit. Latinianus, ſeu Lacimainus, & ipſe claruit temporibus dicti Mauricij circa annum domini.600.

Is doctrina & ſancto exemplo hiſpanos in fide continuit.

CAP 90.

Iohannes epiſcopus Gernudēſis ex monacho ſancti Benedicti Gothus in Portugalia natus,adoleſcens ſtudio diſcendi petijt cōſtātinopolin. Vnde græco ſermone fuit peritus, ac poſt ſeptennium ad Hiſpanias reuerſus; ſtatim arrianam hæreſim

Sub eius Licentia celebratum fuit Hiſpalenſe concilium præſidente Leandro epiſcopo. Item & Toletanum trium epiſcoporum Hiſpaniæ inſtantia & Richardi regis Vviſigothorum & Hiſpaniæ Nam ab eiſdem Reges Hiſpaniæ deſcenderunt. Item & concilium Matiſconēſe primum & ſecundum prouincilia ſub eo etiam celebantur. In quibus plurima ſanctiſsima ordinantur. Beatus Gregorius obtenta eius benedictione, viam arripuerat in Angliam, vt Anglos ſeu Saxones qui eam incoluerāt expulſis Britannis iam Chriſtianis à tempore Eleutherij ad veram fidem adduceret, conclamante tamen populo Romano ipſum in vrbem reuocauit, qui & fuit eius ſucceſſor. Sub tempore tātæ fuerunt pluuiæ, vt crederetur diluuium.

Vnde

meri theſauri, cum viginti elephantis ad eundem relati ſunt quibus ad ampliorem liberalitatem viſus. Cum agnoſcit Iuſtinianum ducem & prefectum Orientis, non fortuna eadem qua prius rē gerere aduerſus barbaros Mauricium in præfectum Ducem Orientis ordinauit, qui obtenta victoria, cum ampliſſimis theſauris reuerſus eſt, omnium ore celebratus. Vndè cum & Tiberius, vitæ finem ſibi adeſſe conſpiceret propriam filiam in vxorem & imperium loco dotis dicto Mauricio dedit quem cum maxima ſolemnitate per Ioannem epiſcopum Contantinopolitanum inſignijs imperialibus inueſtiri fecit ſanctiſſima atquè etiam doctiſſima exhortatione prius illi facta nomen. Tiberij illi imponens: & filiæ nomine impoſito. Qui cum tribus annis, cum

ſoponus vt cap. 47. to. 18. Niceph. poſuerunt naturam diuinam communem tantum, vt humanitatem indifferenter in ſe conſideratam & non vt in indiuiduis.

CAP. 66.

At in indiuidius alia humanitas eſt huius & alia illius totquè naturæ realiter quòd indiuiduæ, & ita tres naturas diuinas ac tres ponebant deos ex hoc inferentes errores naturam Chriſti diuinam eſſe verbi & communem atque ſic Chriſtum alium à patre deum aſſerebant ac etiam non verè hominē cum ſit perſonna verbi. Iohannes is Triteites aut Philoponus Alexandrinus ſummus Philoſophus fuit in probationibus & demonſtrationibus Ariſtotelicis maximiè Argutus, & de his reliquit enarrationes quæ adhuc extant.

Iuſſu

reſim confutauit. Vndè a Lenugildo Rege duro exilio apud Barchumen relegatur, ac poſt decēnium a Richardo Rege reuōcatur. Vbi Monaſterium condidit, & religionē Chriſti ſua doctrina & ſcriptis vndiquè edocuit. Clauruit ſub Mauricio & Phoca & Bonifacio quarto circa annum Domini 600,

CAP. 91

Iſidorus germanus Leandri, illi nanquè ex ſorore nepos ac ſucceſſit in Archiepiſcopatu hiſpalcuſi. Sed & plus in ſanctitate & Doctrina fuit Iſidorus epiſcopus Cordubenſis cuius comparatione iſte dicitur iunior, qui plurima opera cōnſcripſit. & penè ſuper totam bibliam, libros ethimologiarum & plures alios. Floruit tempore Deuſdedit, & Heraclij circa annum Domini. 620.

Sanctus

Vndè & Tiberis inundauit ſuper muros vrbis et regionem occupauit, multitudinem ſerpentum & drachonum trahens quorum corruptione oritur mortalitas, in qua obijt cum annis ferè 11. ſediſſet.

CAP. 57.

Gregorius primus ſeu magnus 66. à Chriſto, tempore Maurici imperatoris circa annum domini 591. fœlix 3. fuit eius Attauus & Gordianus ſenator eius pater. Ex nobilibus ciuibus Romanis. Poſt parentum obitum, omnibus propter deum diſtractis, pietatis opera exercuit. Nam ſex monaſteria proprijs ſumptibus in Cicilia fundauit, & dotauit & ſeptimum in vrbe Roma ex propria domo, in quo & monaſticam vitam aſſumpſit ſub abbate. Et poſtmodùm elegitur abbas. Et conijcitur ſub regula B. Benedicti, cuius vitam multo

ſtudio

cum Iuſtino imperaſſet, & ſolus quatuor, temporalem vitã in æternam cõmutauit, qui & breui conſummatus, expleuit tempora multa. Eundem Mauricius cum lachrimante populo in ſepulchris imperatorum ſoléniter repoſuit.

CAP. 58.

Mauricius Capadox. 64. imperator ex infimo ſtatu, nam ex notario, propter eius virtutes gradatim ad imperium promouetur per Tiberium data illi propria filia in vxorem cum imperio circa annum domini. 586. Pius fuit etiam in hoſtes & reos Philipicum ſororiũ aut generum ducem copiarum inſtituit, qui contra Perſas ſtrenue egit.

Sed & priſcum & Germanum etiam inſtituit vbi magnæ emotiones tum euenerunt inter milites, quas tamen ſedauit Gregorius Anthiochenus epiſcopus.

Iuſſu Sergij Conſtantinopolita. epiſcopi librum acutiſsimum compoſuit de huiuſmodi hæreſi, qui dicitur Arbiter.

Item & alium ad græcos rationibus philoſophicis, cui Conon reſpondit de quo ſtatim Nicepho. cap. 47. tom. 18. ſubtilitatem eius attolit. Sed Damaſcenus de hereſibus eum vocat Iohannem vane laborantem. Fuit tempore Phocæ imperatoris.

CAP. 67.

Monophyſitæ duas in Chriſto naturas ponunt ſi per ſe diſcernantur, ſed vt vnitæ vnam tantum compoſitam quæ ſit verbi. Vndè & hi non ſunt Monothelitæ, eſto, illi ex tis conſequentiam deſumant. Iſti autem verè ſunt Eutichiani, qui occaſioni concilij ſe abſciderunt ab eccleſia. Et quia in Egipto ceperunt, à diuo Damaſceno Aegiptiaci, à Theodoſio Theodotiani,

ad mortẽ donato Ducatu ſuo fratri Hermano. Multas leges perutiles tulit quæ vſquè nũc habentur, precipuè qui pacẽ turbaret, ſentẽtia capitali eſſet plectẽdus. In quam offendit Comes quidam Germaniæ Lampuldus, qui velut incenſor & turbator quietis ab eo inſequitur. Vndè & prefatus Lampuldus cum vxore fugiẽs in vaſtam ſolitudinem, vitam ſolitariam multò tempore tenuit incognitus. ad quẽ imperator. Córadꝰ in venatione errans deuenit & per noctauit, eaq; nocte vxor Comitis filiũ peperit, vocẽq; audiuit imperator in ſõnis, quia puer, ſuus gener, & ſucceſſor eſſet futurus: qua propter quibuſdem ex ſuis mandat, vt occidant illũ: quẽ in ſiluam expoſuerunt, & caſu a quodam duce repertus datur vxori ſterili,

Non tamen per ſignum et virtutem ſacramenti, ſed in proprietate naturæ & veritate ſubſtantiæ ſicut in hoc breui continetur, & ego legi & vos intellexiſtis, Sic credo, nec contra fidem vlterius docebo, ſic me deus adiuuet & ſacra euangelia.

Tumquè pontifex Gregorius 7. eidem auctoritate dei & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli precepit vt de ſacro corpore & ſanguine domini noſtri Ieſu Chriſti amplius cum aliquo non preſumeret diſputare niſi ad conuerſionem eorum quos ſeduxerat. Vndè & fertur quia penè deſperabat quod non poſſet ſatiſfacere omnibus, quos à fide diuerterat. Citatquè Martinus ſuper Henrico I. imperatore quod poſtmodum ſanctiſſimè vixit, ac finem ſuæ vitæ ſciuit, & predixit.

CAP.

tactum & orationē plurimos ex vteris matrum cœcos videre, claudos ambulare, aridos conualeſcere, ſurdos audire, & mutos loqui fecit, adeò què feruenter excitauit, vt imperator Conradus 3. crucis inſigni cū 70. milibus ex ſuis ſe aſcripſerit, Ita & Rex Ludouic⁹ cū plurimis ex nobilibus Franciæ, quem & commitata eſt eius vxor Alionora domīa Aquitanię Et ſi magno feruore iuerint, quodam dei Iudicio fortuna non fuit illis in omnib⁹ ꝓſpera, vt ſuper Cōrado iā pręmiſſum eſt, ſuper quibus in Gallias accidit quidā lamētabilis rumor, & quę rimonia, etiā ſuper viro dei, malebat nihilomin⁹ vt in eum murmur orire tur quā in Deū. Tunc quidā cœcus infans viro dei à patre cum ſupplicatione importuna fuit oblatus, vt illuminaretur.

Cui

buerunt. Reuertentibus nihilominus inimicis, opus fuit Normanis Henrici imperatoris auxilio. Sergius hic ſui pontificatus anno 3. necdum completo obijt, ſepultus apud ſanctum Petrum.

CAP. 2.

Benedictus 8. *Papa* 150. *circa annū domini* 1009. *Tuſculanus Henricum imperij corona donauit. Verum poſt mortem eiuſdem Henrici, quo, vt protectore, vtebatur, per ſeditionem pellitur, alio, in eius locum, ſuffecto. Nihilominus poſtmodum inita concordia cum inimicis, pulſo adulterino Pontifice, ad priorem dignitatem redijt. quis fuerit ille intruſus ſchiſmaticus, non legi. At Benedictus* 11. *ſui pontificatus anno, et mēſe vno, diequè* 14. *moritur. Platina ac Martinus ex Petro Damaſceno citant, hunc poſt mortem cuidam epiſcopo apparuiſſe, equo*

nigro

rili,& ſuppoſitus vice fi liiveri , & nutritus ab eodem. Puerquè ita nutritus poſtmodum agnocitur ab imperatoré , quem vt ſibi aſtaret, retinuit, eumquè poſtea cum litteris miſit ad vxorem, vt eundem ſuffocare ea die feciſſet. quæ litteræ Dei nutu ſecretè & illo inſcio illis verbis abraſis a quodam præſbitero, qui curioſè. curioſè eiſdem litteris clam ſumptis & apertis, dum dormiret, eorum loco appoſuit, ea die mea filia illi detur vxor, quod factum fuit cum admiratione. in legenda beati Pelagii. 2. citantur nuptiæ celebratæ apud Aquiſgrannm. Et is fuit Héricus. 3. ſucceſſor Cõradi, qui ſimiliter loco ſuæ nauitatis monaſteri um conſtruxiſſe dicitur

CAP.

CAP. 4.

Baillardus philoſophus citatur à Platina ſuper Lucio Papa 2. quòd fuerit peripateticus multæ doctrinæ, non bene tamen in quibuſdam ſentiens de fide nòſtra: & quadam ſynodo apud Galliam celebrata authoritate eiuſdem Lucij, preſente Ludonico Rege, rationibus victus, non modo ſententiam mutauit, verum etiã monaſticam vitam induit & deinceps cum quibuſdam diſcipulis, in deſerto loco vixit ſolitarius. Reor nihilominus quod non ſit alius à Petro Abaillardo ſequenti.

CAP. 5.

Petrus Abaillardus gallus arrogantia tumens inſurrexit in omnes, aſſerendo deum non videri à beatis per eſſentiam.

Item quod filius dei non aſſumpſit carnem pro liberatione hominis.

Item quod in eo non fuit

Cui vir dei manum impon̄es, orauit ad dominum, vt ſi eius predicatio ab eo fuerit, & in eius ſpiritu locutus id oſtendere dignaretur, in illuminatione huius cœci, qui ſtatim viſum recepit.

CAP. 36

Aliud cōtigit, ſuper quo non nulli mirantur de ſancto viro; Rex enim Ludouicus iunior filius Ludouici groſſi cōtraxit cū Aleonora filia Guillelmi ducis Aquitaniæ, vnde domina fuit Aquitaniæ, Vaſconiæ, & Pictauię, & ea vt eſt pręmiſsum, Regē in ea expeditione comitata eſt. Contigit dum ad portū Symeonis applicuerūt cognito regis aduentu, Raymondum principē Anthiochię illi obuiam acceſſiſſe, & magno apparatu ab eo intra ciuitatem excipi, ſperans ꝙ potentia Regis quaſdā ciuitates

nigro inſidentem, ac iniungens vt Iohannem ſucceſſorem adiſſet.

Benedictus igitur hic cuidam epiſcopo, poſt mortem, iniunxit, vt Iohannem Papam 20. ſucceſſorem adiſſet, indicando locum quo pecunias abſcōderat, mandans, vt ſuo nomine pauperibus errogaret. Nam quæ antea pro eo fuerant elargitæ: erant partæ ex rapinis. Vnde nec illi profuerant. Fecit epiſcopus mandatum, ac ipſe ſtatim abdicato epiſcopatu, monaſticam vitam amplectitur.

CAP. 3.

Iohannes 20. *Papa* 151. *circa domini annum* 1021 *Conradum* 2. *coronauit imperatorem. fuit Romanus, ac vitæ laudabilis, ſui Pontificatus anno* 11. *& die nouo moritur.*

CAP. 4.

Cumq; Conradus ſenſit eũ eſſe filiũ Comitis mitigauit dolorẽ, quo preſens obſtupuerat ſuper eo facto. Et ne ĩ ſua abſẽtia eſſet diſturbium, initio imperij filium (vt ait Caryo) in conſortẽ fecit eligi, at de quo filio neſcitur. Nam Henricus illi ſucceſſit. habuit vxorem Geldeſiam Reginã Burgundiæ ex proſopia Caroli, ex qua habuit prefatos Harneſtum & Hermanium, ait Cario, tum primo archiducatũ Auſtriæ erectum, cum eum ex Suauia eſſet. Obiit Conradus cum laudabiliter imperaſſet annis. 20. aut minus.

CAP. 5

Henricus. 3. imperator 98. inſtitutus poſt mortem Conradi circa annum domini. 1040. hic dicitur filius Conradi & viuente patre habuiſſe vxorem filiam Cuniti

fuit ſpiritus timoris domini. Item poſuit perſonas trinitatis inæquales, & ſpiritum ſanctum eſſe animam mundi, & non eſſe de ſubſtantia patris. Item apropriata in diuinis, vt potentia ſapientia &c. eſſe propria. Item quod nihil ſit credendum excedens capacitatẽ noſtri intellectus. Item quod omnia eueniunt ex neceßitate abſoluta. Et ſic aiebat aliter non poſſe à deo fieri quàm ſint. Ex quo inferebat ſuperfluas & inanes eſſe orationes & omnia ſuffragia. Item aſſerebat demonem non tentare niſi per lapides & herbas. Et quod nullus erit dei timor in alio ſeculo: fuit tempore Innocentij 2. circa 1130.

Beatus Bernadus vſquè ciuitatem Senonas Remẽſem acceßit aduerſus eum pugnaturꝰ vt citat epiſt. 189. & 190. ſed alius timens euinci, noluit agredi:

ciuitates vicinas, eidem inimicas conquiſiſſet. Rex prius ex voto Hieroſolimam voluit proficiſci. Vndè ſuper Regis reſpóſo Raymódus, is fuit filius Ducis Auſtriæ,& filiæ Bohemondi, vt ait Platina, indignatus reginã Aleonorã ſuã ex patre nepté illexit aiens illicitum Ludouico iungi qui quarto gradu conſenguinei eſſent proin dè illa ab eo cupiuit ſepapari.& abeunte Rege ipſa pertinaciter cum Raymondo remanſit:quod Rex egrè tulit, qnia arctiſſimè eã amaret.Regreſſo verò rege in gallias eãdem emiſit Reginam petulentam foeminam, vt citat Guaguinus ſuper eodem Ludouico:& nonnuli aiũt id feciſſe concilio beati Bernardi fretus , ꝙ vix creditur;Cum ex matrimonio duas ſuſepiſſet filias,& tantum.quarto gradu

CAP. 4.

Benedictus 9. Papa circa annum domini 1032. ordinatur. Aiunt quod fuerit nepos Iohannis 2. Vixit vita brutali, quo circa fertur poſt eius mortem apparuiſſe in forma monſtri brutalis,Cumquè Romani hunc ignauum et nullius precij cõperiſſent, ab eiſdem peroſus eijcitur & in eius locum ſufficitur Iohannes epiſcopus ſabinenſis quem Silueſtrum 4. vocant, qui & poſt 49. dies expellitur reſtituto Benedicto, Benedictus nihilominus ſimilia diſcrimina timens Iohanni archidiacono munus põtificium libere ceſſit, aut vendidit. qui fuit dictus Gregorius 6. & Benedictus per interualla ſedem annis decem & 4. menſibus occupauit.

CAP.

ti Regis Angliæ vt Platina citat, quę & poſtmodum de adulterio falſo accuſata & purgata, nunquam voluit cum imperatore morari, & ingreſſa religionem, non multò pòſt moritur, vt citāt ex Nauclero. Vndè imperator Agnetem filiam ducis Pictauienſis ſumpſit vxorē. Verū Martinus Vincētius, & faſciculator aliter narrāt, quod fuerit gener Conradi, & verus filius Comitis Lupoldi, vt ſuper codē Conrado, iam enarratum eſt. hic Henricus triumphauit de Bohemis, Hungaris. & Lotharingiis. Tres aut quatuor contendentes pro papatu ſub mouit. habito concilio, Clementem 3. eorum loco conſtituit à quo fuit coronatus.

Dicebatur Henricus niger. Cuno dux Bauarię conſpirat in eum fretus ope Hungarorum, quem

di: quanquam prius petiuiſſet, vt ad cōcilium Bernardus vocaretur qui ſuis libris detrahebat, cui & reſponderet.

Item Bernardus epiſtola 190. ſuos errores expreſſius citat, & inpugnat, eum præſertim quo aſſeruit ſpiritum ſanctum nō eſſe de ſubſtantia patris. Qui & comparuit Senonis in concilio: vbi erant epiſcopi, abbate, magiſtri plurimi & rex: vt in ea epiſtola 189. Et producta ſunt quædam capitula ex ſuis libris, & nolens audire, exiuit appellans ad ſummum pontificem Innocentium 2. omnem ſubterfugiens correctionem & conferentiam. Et poſt modum fatebatur ſe ipſa hora amiſiſſe omnem ſenſum. Vndè dicit Bernardus ead. epiſt. 190. Olim inquit, in arte dialectica luſit, & nunc in ſacris litteris inſanit. Eo conſeſſu eius doctrina fuit condemnata

gradu eſſent coniuncti, nec tamen diſpenſatione vt creditur. Et fuit initium totius belli cum Anglis. Henricus enim dux Normaniæ eãdem Aleonoram deſponſauit, & per eam toti aquitaniç, Vaſconiæ, & Pictauiæ dominatuseſt, & per ſe Angliæ & Normaniç, & poſt mortem patris Comitatui Andegauenſi, Turonenſi, & Cenomanenſi. Ferũtq; illud diuortiũ fuiſſe ab Eugenio. 3. apud Stampas, hęc chronica Britanniæ. f. 58. Hic ſanctus pater ſcripſit regulam templariorum ſeu militum templi, quæ cõtinetur ſub 13. capitulis in ſuis operibus fo. 95. hæcq; ad longum deſcripſimus ex vita ipſius in fronte ſuorum operum & ex epiſtolis & per ordinem eccleſiarum deſcripſimus, ne ſuper aliis opus ſit replicare eadẽ.

CAP.

CAP. 5.

Silueſter 3. eſſet 153. Papa ſi numerari deberet. tempore non multò curandum. Nam hi tres aut 4. vel 5. ſimul fuerunt pro parte, tempore Conradi, vel Henrici, hic vt premiſſum eſt, fuit vi intruſus à populo Romano, aut ſymonia, ambitione, vel odio in Benedictum. Vndè & tantum 49. diebus ſedit, reſtituto Benedicto, expellitur.

CAP. 6.

Gregorius 6. quiſquè numerandus, 154. eſſet. Aiunt (vt iam ſuper Benedicto) eundem à præfato Benedicto) aut per ceßionem, vel venditionem, ſedem obtinuiſſe, & hi tres ſimul in ſchiſmate conniuebant in ſcãdalum. Martinus nihilominus citat ex Gilbertho hunc ſanctum ac eccleſiæ vtilem. quippè qui predatores peregrinorum, & oblationum eccleſiæ ac poſſeßionem

quem deuicit: & tota vita miſit in exilium apud eoſdem.

CAP. 6.

Tempore huius Henrici. 3. obſidetur Capua à Sarracenis ſuper quo finitimę ciuitates expaueſcunt. At Robertus guiſtardi qui iam cum exercitu ex Galliis aduenerat. & fugatis Gręcis & Aphris Apuleyam occupauerat, reperto theſauro ſub capite vmbræ cuiuſdem ſtatuæ, vt ſuper iſto Martinus citat, & Platina & ſuper Leo 9. & victore. Hicq; Robert⁹. ſumptis armis Sarracenos ex Capua, & Campania fugat. Berengarius hoc tempore, ſed de ipſo ſuo iam loco. Hẽricus timens, ne eo mortuo, contentio per electionem oriretur, filium ſuum eligi & coronari fecit, apud Aquiſgranum cum tantum eſſet. 5. annorum: 17. annis imperauit

demnata: & ſummus põtifex tandem eademſententia eius ſcripta ſilentio, & ſcriptorem incendio condemnauit. Hæc ex vita beati Bernardi in frõte ſui libri, & in epiſtolis eiuſdem.

CAP. 6.

Albanenſes vndè aut à quo dicti, vel cuius temporis non diſtinctè reperi, certum tamen eſt eos preceßiſſe Albigenſes, qui eoſdem imitati ſunt in multis. Et arbitror quod à monte Albano dicti ſunt non multò longè ab Albigio hij aſſeruerunt animas hominũ poſt mortem tranſire ad alia corpora vegetanda & animanda. Item baptiſmum nullius eſſe virtutis aut efficaciæ. Item duos poſuerunt deos, vt Gnoſtici & Manichei. Item nullam aliam pœnam inferni eſſe à pœnis huius mundi. Item aiebant non eſſe futurum iudicium generale Item

CAP. 37

Et ſi in ablatione ſchimatum hic ſanctus plurimum inſudauerit, non minus pro tollendis hereſibus maximè Petri Abailardi, Gilberti Porretani, Henrici cuiuſdã Tholoſani monachi, & Arnoldi de Brixia: de quibus ſuis locis ſuprà. Electus fuit pro epiſcopo Lingonenſi, Cathalaunenſi, Iaunéſi, Mediolanenſi, & Remenſi, nec acceptauit. ſanctiſſimus hic primus Abbas Clareuallenſis, & 160. cœnobiorum pater, anno ſuæ ætatis. 34. obdormiuit in domino. Anaſtaſio poſt Eugenium. 3. ſedente, imperante Frederico, 1. & regnãte Ludouico minori in Francia.

num eiuſdem, primò cenſuris, dehinc vi armata compeſcuit, multis raptoribus occiſis: multa prædia, & oppida eccleſiæ recuperauit. Et omnes etiam Cardinales acclamabant eum ſanguinarium, nec dignum in eccleſia ſancti Petri ſepeliri, qui ad mortem infirmus, ſuggilantibus reſumpto ſpiritu, ait eos ſtulte locutos & ab Ezechiele culpatos quia non ſe exponerent murum pro domo iſrael: & ſubdit, cum mortuus fuero, corpus meum ante fores eccleſiæ obſeratas ſiſtite, ſi dei voluntate aperiuntur, corpus inſerte, ſi non, facite quod vultis, quibus obſeruatis, ipſæ portæ cum magno fragore defferuntur vſquè ad parietem. Hæc ex Gilberto & Martino. Iſquè Martinus ſuper Benedicto 9. ait quia Gregorius cum eſſet & illiteratus vel forſam illis bellis deli-

tus

imperauit. Cum igitur Henricus 17.annis victoriosè & laudabiliter imperaſſet, moritur relicto pupillo filio ſub tutella matris Agnetis quę in eadem tutella laudabiliter ſe habuit, vt ſuper Hérico 4.videbitur.

CAP. 7.

Henricus.4.filius Henrici.3.imperator.99.circa annum domini. 1055. pio patre adhunc viuente, vt premiſſum eſt, electus fuit & coronatus, cum ſolum.5.eſſet annorum: ac ſub tutella matris Agnetis, aſſumpto gubernatore eiuſdem filii Gilberto Parmenſi adminiſtratur imperiũ. Eaquè Agnes mater laudabiliter toto regemini ſe habuit: Henricus vero ſuus filius toto ſuo imperio fuit eccleſiæ perſecutor ſub Nicolao 2 Alexandro 2. Gregorio

Item aiebant nunquam eſſe licitum iuramentum. Item nullum hominis liberum arbitrium. Item mundum non eſſe finiendum. Item & paruulos non naſi cum peccato originali. Item quod deus non preſcit aliquod malum, niſi per demonem. Item reſurrectionem carnis non eſſe futuram. Item reyciunt vetus teſtamentum vt à malo principio cum Manicheis.

CAP. 7.

Gilbertus perretanus epiſcopus Pictauienſis quã quam doctus & eruditus fertur, vt conſtat ex vita beati Bernardi & epiſtolis ipſius, ſcripſiſſe quædam erronea de vnitate ſanctiſſimæ trinitatis, & de ſimplicitate deitátis. et propoſuiſſe quaſdam furtiuas aquas, & abſconditos panes, ſub confuſa opinione. Tmuit enim dum Petrus Baillardus de quo ſupra in concilio apud Senonas eidẽ dixiſſe fertur.

deditus alterum Papam ad vices eccleſiaſtici officij exercendi ſecum conſecrauit, eum forte quem quidam dicunt Gratianum; & aiunt quod adhuc tertius intruditur, & ita duo contra duos, & duo contra vnum. Nam mortuo Gregorio Henricus 3. Romam veniens duobus depoſitis, Clementem 2. inſtituit, et ab eo ſuſcepit coronam.

CAP. 7.

Clemens 2. Pappa 155. circa domini annũ 1047. fuit epiſcopus Berembergenſis, & prius dictus Sindegerus. Nam Henricus 3. Romam adijt, ad componendas diſcordias, & coacto concilio, alij aut ſponte, aut compulſi cederunt, & hic clemens, Henrico cogente, creatur, & Henricus coronatur ab eodem. Promiſerunt Iurantque Romani, ad vitanda hæc incommoda, ſe non inter futuros ad electionem

7. Victore.3. & Vrbano.2.

CAP. 8.

De Henrico.4.

Henricus.3.pater huius heroici Romanos ob iurat,ne,non niſi aucto ritate imperatoris, ſummum pontificem delegiſſent.quod ſummi ponti fices, & Romani poſtmodùm impugnarunt, Stepanus.9.primum.ſed potiſſimùm Gregorius.7. Aiunt quod Otho archiepiſcopus Coloniēnſis,iuuenem hunc principem,cum eſſet.12. annorum,ſecretè acceperit,& ſub eo colore, imperii gubernacula, & eum Iuuenem ſatis male tractauit.Epiſcopi Lõbardi expetiuerunt ab hoc imperatore, alium Papá habere,qui eſſet ex eorum territorio, & eá licentiam obtinuerunt fauore eiuſdem gilberti Parmenſis

Tua res agitur paries cum proximus ardet, hoc dum eius doctrina condemnaretur ne & ſua pariter eſſet condemnata.Scandalo & murmure ſuper ſua doctrina inualeſcente vocatus fuit, & librum tradere iuſſus eſt, quo blaſphemias ſub inuolucro verborum euomuerat, ac in concilio Remenſi per dominum Papam Eugenium eo inuolucro occultato ſanctus Bernardus patefecit, & ſanctorum teſtimonijs biduana diſputatione redarguit. & pro concluſione per iudices gallos ſua petitione deputatos ſpeciali ſymbolo condemnatur, & auctoritate demum apoſtolica & vniuerſalis eccleſiæ, cui condemnationi & ipſe conſenſit, quemadmodum ab initio ſe, & ſua correctioni ſubmiſerat.

CAP.

ctionem pontificis, niſi iuſ ſu imperatoris. hincquè imperator rebus benè compoſitis, ac conductis militibus, qui Sarracenis reſiſterent in capua, Roma iter facit in Germaniam. Verum abeunte Henrico, Romani (vt aiunt) Clementem toxico interfecerunt, pontificatus ſui menſe 9. & ferunt illud toxicum paratum à ſucceſſore Damaſo.

CAP. 8.

Damaſus 2. Papa 156. Bauarus, cognomento pepon, per vin abſquè Cleri & populi conſenſu pontificatum occupat, circa annum domini 1048. at domino diſponente non niſi per 23. dies morte preuentus in eo ſedit.

CAP. 9.

Leo 9. Papa 157. promouetur circa annum. 1049. petentibus Romanis ab imperatore Henrico 3. vt dignum pontificem

Parmenſis: ac vi & ara mis, Alexandrum & vrbem inuaſerunt: Sed a Romanis, & copiis Gothi fredi, ac Mothalditis repelluntur. Cadolus verò datis.300. argenti libris, licentiam fugiendi ſolùm obtinuit.

CAP.9.

De Henrico 4.

Ferunt nonnulli hunc a Nicolao.2.fuiſſe coronatum, totoquè tempore ſui pontificatus ob acceptum beneficium, nil contra eccleſiaſticos molitum eſſe. Vndè pauca de ipſo Henrico narrantur, ſub ipſo ſuo tépore.

CAP.10

De eodem Henrico 4. & concilio Mãtuano.

Tempore huius Henrici, & eo aſtante ſub Alexandro.2.etiam preſente, celebratum fuit cõciliũ Mantuanũ, de quo hæc

CAP. 8.

Henricus quidam Monachus apoſtata in partibus Tholoſanis, tempore etiam beati Bernardi perverſa dogmata ſparſit, derogans ſacramentis, & eccleſiæ miniſtris, per eundem vt citat is S. Barnardus ad principem Tholoſanum epiſt. 240. Ridebantur orationes, oblationes pro mortuis, ſanctorum inuocationes, ſacerdotum excommunicationes fidelium peregrinationes, baſilicarum edificationes, obſeruationes feſtorum, Chriſmatis & olei benedictiones, & vniuerſaliter omnes inſtitutiones eccleſiaſticæ. Adeò vt initium & præambulum valdenſibus vuicleffiſtis & Luteranis eſſet. Is pater Bernardus ab eccleſia regionis illius ſæpè vocatus, & ab Alberico epiſcopo legato vnanimiter ſuſceptus, tantoquè feruore & efficacia in ciuitate

ficem adminiſtraret non Teutonicum. cui quidem hunc Bannomem noncupatum, epiſcopum Tulenſem virum magnæ ſanctitatis, & ſinplicitatis eorundem legatus obtulit ac compulit renitentem. Is audierat angelos canentes, cogito cogitationes pacis dicit dominus. Dumq; pontificio habitu Romam ingrederetur, Ildebrandus Abbas Cluniacenſis eidem obuians, Rogauit & perſuaſit, vt Zelo eiuſdem pacis ingrederetur non eo habitu, qui coram Clero & populo, ſe nullum ius prætendere proteſtatus eſt, ſed cogitare pacis cogitationes. Ea propter Clerus & populus, vnanimiter eum elegerunt, qui mutato nomine, dictus eſt Leo, & præfatum Ildebrandum diaconum cardinalem inſtituit & eius conſilio, in omnibus vtebatur. Gratia hoſpitalitatis, & liberalita-

tis

hæc citātur in decretis. Primò nullus audiat miſſam præſbiteri concubinarii,qui publicè, & notariè tenet concubinam,aut ſuper introductam mulierem.32. diſt. c. propter hoc. Nec itidem Diaconus,aut ſubDiaconus, quibus non licet ſub anathemathe exercere officium, aut partem in eccleſia habere. Et concludit in fine, idquè vt præfati concubinarii ruborę facilius ad pœnitentiam prouocentur,& quod non administrent vera ſacramenta. Secundo filii ſacerdotum non promoueantur ad clerum, niſi in cœnobiis ſe religioſè gerant diſt.56. apoſtolica. Tertiò,qui ſcienter a ſimoniaco ordinatur,expellatur, & deponatur á clero.1.q.1.de cœtero. Quarto ne monachi ſancti Benedicti clauſtrales officia clericorum

in ciuitate Toloſa, & locis quibus miſer ille venena ſparſerat prædicauit ſimplices inſtruens, nutantes roborans, errantes reuocans, ſubuerſores & obſtinatos tanta auctoritate reprimens, vt nec aſſiſtere aut apparere preſumerent. Et ſi tunc infœlix ille fugerit, & latuerit, ita tamen via illius et ſemitæ circumſeptæ ſunt, tandem captus & cathenatus epiſcopo traderetur. Multiſquè miraculis is ſanctus doctrinam ſuam firmauit.

CAP. 9.

Arnauldus de Brixia Italus deffenſor Petri Abaillardi, & ſuorum errorum cum pertinacia & potiſſimum de beatitudine, accuſatus de ſchiſmate peſſimo apud ſummum pontificem Innoccentium 2. fuit exul à proprio ſolo, & à regno franciæ, at vagus infinitos ſpargebat errores, inſurgebat

tis ita enituit, vt domus eius pateret omnibus. Leproſum quendam habuit obuiam in porta, quem ſuo lecto iuſsit colocari, & manè apertis hoſtijs non comparuit. In concilio Vercellenſi Berengarium condemnauit. Moritur cum ſediſſet annis 5. & menſibus ſex aut duobus.

CAP. 10.

De premiſſo Leone narrat Platina, cum Henricus 3. fundaſſet eccleſiam Barbergenſem, & etiam in cathedralem conſecrari cuperet imperator, annuente Benedicto 8. quotannis, cenſus nomine ea durante eccleſia, centum marchas argenti cum albo equo Phalerato conſtituit ſummo pontifici ſoluendas. Poſtmodum tamen Beneuentum ciuitatem Apuliæ pro eo cenſu commutauit, & eam eccleſiæ dedit.

Verùm

corum adminiſtrāt 16.q. 1.Iuxta Calcedonenſe. Quintò nullus clericus a laico eccleſiam obtineat,aut habeat duas eccleſias 15.q.7.per laicos. Sextò quod dignis & doctis dentur beneficia,nō per ſimoniam aut contractum,ſub pœna priuationis. & depoſitionis.1.q. 3. ex multis. Septimò quod excommunicatusnon poteſt alium ex cōmunicare 24. q.1.audiuimus. Hæc re uera continentur locis citatis in decretis, & quod ſint ab Alexandro 2. non tamen citatur, quod ſint ex concilio, priori dempto.

Quidam Ioannes de Henault clarꝰ Chriſti fidei aduerſarius hos canones citat ex Ioanne le maire in illuſtationibus Galliç.

Item

gebat in Clerum & epiſcopos, & deſæuiebat in omnem ordinem eccleſiaſticum.fuit vir magnæ auſteritatis, veniens in veſtimento ouium, & habens formam pietatis virtutem illius abnegans. At Henricus præmiſſus è contra vorator,lubricus & inceſtuoſus,B. Bernardus multò plura de ipſo citat epiſt. 195. & 196. ab eo diducuntur Arnaldiſtæ qui excommunicantur in cena domini.

Nec ipſe eſt Arnaldus de quo Florentius titulo 21. c. 2. ſ. 8. qui predicabat aduentum Antichriſti. Nam is ex prouincia erat, & tempore Clementis.5. circa 1305.hic autē 1130. Conſtat ex Platina ſuper Vrbano 4. quod Romam ſe contulerit, vbi graues fautores habuit. Verum inſtante Vrbano Romani tandem a vrbe ipſum pepulerunt.

CAP.

Verum cū Gemilſulphus Normanus, Regnum poſt fratrem tenuiſſet, eam etiam detinuit ciuitatem Leo autem copÿs Henrici 3. fretus bellum in Giſulphum mouit, à quo ſuperatus, captus fuit & detentus. At non multò pòſt remiſſus cum honore. Ferunt et præmiſſum Robertum Guiſgardum gallum, aut Normanum, fugatis Græcis & Afris Apuliam occupaſſe.

CAP. II.

Victor Pappa 158. poſt mortem Leonis, Romani verentes potentiam Henrici 3. quem antea in nouis creandis pontificibus læſerant, hunc victorem dictum Glebaldum Alemanum ex Bauaria, proponunt imperatori per Hildebrãdum legatum, vndè omnium conſenſu creatur circa annum domini 1053. Is magnam ſynodum annuante imperatore coegit apud Florenciam, qua plurimos

Item.& 8.quod alleluia non cantaretur a 70.vſquè paſcha.

Henricus hic multo tẽpore tenuit imperium, & aduerſus ſummos pótifices rebelis fuit & ſeditioſus, vt iam pręmiſſum eſt, ſuper Alexandro.2. Sed maximè aduerſus Gregorium 7.ſeu Hildebrandum, quamquam á nonnulis cupla in eũ Gregorium reiiciatur., & a pluribus in imperatorem, cuius rei magnum prebuit iudicium quia omnibus ſui temporis ſit aduerſatus.

CAP.II.

Gregorius hunc Henricum primo monuit, ne beneficia conferri procurraret, per ſimoniam ſuper qua re Gregorius fuit ſemper Zeloſus etiá ante papatum. Et hunc, Henricus indignatus etiam matrem Agnetem bene admonentem pepulit, quæ & Romam adiens

CAP. IO.

Rogerius Comes Siciliæ, aut Rex ex ſua præſumptione, ſchiſmaticus fuit pertinaciter pro Petro Leone, aduerſus Innocentium 2. Vt infra ſuper B. Bernardo, qui & tyranicè eccleſiam plurimum vexauit & apud Capuam Caßinam & Beneuentanam prouincias plurima detinuit quæ ditionis eccleſiæ erant, & adherebat Petro, fauore cuius, nomen regium vſurpabat. At quia ſæpius de Regno Siciliæ, & Neapolitano, ac de eorum regibus in hiſtoriys ecclèſiaſticis ſit mentio de eiſdem nũc agetur.

CAP. II.

De hoc Regno Siciliæ & Apuliæ ſeu Neapolitano frequens eſt memoria in eccleſiaſticis hiſtoriys.

Vtrumquè enim illorum regnorum multoties fuit à Sarracenis occupatum à quibus & nonnumquam fugabãtur. Tempore enim Sergij

rimos ſymoniæ, & fornicationis cauſa epiſcopata priuauit, clerumque victor admonuit, quod ad ſe pertineret, propoſita pœna tranſgreſſoribus legum canonicarum. Et cum laudabiliter eccleſiam rexiſſet, obijt 2. ſui pontificatus anno, & menſe 4.

CAP. 12.

Stephenus nonus Papa 159. *Lothoringus abbas montis Caßini criatur circa annum* 1055. *Curauit vt eccleſia Mediolanenſis, quæ à Romana* 200. *fermè annis ſe ſubſtraxerat, eidem rurſus, vt matri pareret. Septimo autem menſe & die* 8. *ſui pontificatus moritur apud Florentiam, quò & ſepelitur. Henricus* 3. *pariter eo tempore obijt.*

ens non multo poſt animi anxietate moritur. Ad tẽpus nihilominus pax inter eos cõponitur. At Henricus in bono lenis & pertinax in malitia ſimoniam non omiſit. Ex quo ſœpemonitus in quodam concilio Lateranenſi ex communicatur a pontifice, ſimul & alii ſimoniaci. Itidem & Gilbertus parmenſis & quidam Hugo cardinalis, ob ſeditionem in pontificem interrogati dignitate priuantur, & notantur anathemate.

Et dum hæc Romę agerentur Henricus elatus de quadam victoria aduerſus Saxones, habito conuentu apud Vvormatiam Sigifredo archi epiſcopo Maguntio procurãte interdictum omnibus ne pontifici Romano obtemperarent. Et Henrici mãdato quidem Romandulus clericus Parmenſis Romam aduenïens

Sergij 4. & Henrici 2. imperatoris circa 1003. prout ſuper his citat Platina, principes Italiæ conſilio & monitione eiuſdem Sergij Papæ inierunt conſilium paribus annonis & cõpijs pellendi eoſdem ex omni Italia. Et tum in eadem Italia erant plerique filij magni Tancredi ducis Normaniæ, & ſignanter Guillelmus ferebach, qui tanti fuit animi, vt aſſumpto in ſocietatem Malocho duce copiarum Michaelis imperatoris Cõſtantinopolitani, eos breui ex Sicilia expulerit, adiuuantibus etiam Campano & Salernitano principibus. Verum cum Malochus poſtmodum prædam malignè diuideret, Guillelmus ratus ad tempus diſsimulandum vſque ad reditum 40000. Normanorum qui ex Hieroſolima expeditione redierant.

CAP.

CAP. 13.

Benedictus 10. Campanus Papa 160. ante nuncupatus Mitius, creatur factione quorundam nobilium circa 1057. Nicolaus contra fidem præſtitã Hildebrando proficiſcenti Florentiam in legationem qua & iurarent ſe nullum electuros pontificem priuſquam reuerteretur, Rediens itaquè Hildebrandus cum Girardo epiſcopo Florentino, electionem oppoſuit vt non canonicam. Vndè poſt magnam contentionem Benedictus eijcitur, & præfatus Gerardus tanto munere dignus pontifex creatur, qui fuit Nicolaus 2. Iſquè Benedictus nonus menſe & die 20. Viterbeus exulatum abijt. Hæc ex Platina, ſicut & in alijs, vbi alius auctor non exprimitur.

CAP.

adueniens Gregorio inter dicit, ne quid ageret ſpectans ad officium pótificis, & cardinalibus, vt ad ſe properāt alium habituri pontificem. Super qua iniuria Gregorius Sigifredum,& alios clericos ſentiētes cũ Henrico beneficiis priuauit,& Henricum anathemate,& Regia dignitate priuatum notauit. Cuius formulam Platitina,in qua ſignanter,& aliis ſub ſequētibus Gregorius proteſtatur corã deo,ſe nunquam obtaiſſe eam dignitatem, aut malo animo procedere. Imperator Henricus de actis a pontifice cunquęritur cum ſuis,& Gregorius pontifex rationem reddit,adeò vt per Alemaniam multi defecerint ab imperio. Ob quod principes Alemani verriti ne peiora naſcerentur habito couétu deſcernũt, vt Gregorius

CAP. 12.

Guillelmus in eorum aduentu Apuleiam (priùs Græcis obtemperantem) occupauit, et fugauit Malochum ad Melphiam illi occurentem. Et ex tunc virtute huius Guillelmi Regnum Apuleiæ tranſijt ad Normanos. Poſtmodum mortuo eodem Guillelmo ſine prole Drogus frater illi ſucceßit, & Hunfredus iunior eidem Drogo, à quo poſtmodum Robertus Guiſcardi, & Rogerius frater habuerunt originem.

At poſtmodum irruentibus Sarracenis deniuò in Italiam circa 1008. *Henricus* 2. *imperator eos ex Capua repulit: & Bubaganum græcorum ducem (qui et Mauris fauebat) fugauit ex Troya finium Apuleiæ.* Ac *poſtmodum tempore Iohannis* 21. *Greci & Normani pro eo Regno concertarunt: & Cõradus* 2. *Henrici ſucceſſor vtriſq;*

CAP. 14.

Nicolaus 2. Pappa 161.

Allobrogus Gerardus ante vocatus epiſcopus Florentinus, eiecto Benedicto, vt præmiſſum eſt, creatur circa 1059. hic ſtatim apud Sutrium concilium Cleri & procerum congregauit: In quo Benedictus pontificio & habitu eiuſdem ſe abdicare cogitur, & Viletras exulatum abire. hincque Romã proficſcens Nicolaus aliud concilium habuit, apud Lateranum, quo ſancitum eſt, vt ſi quis pecunia, populari gratia, & ſine concordi & canonica electione Cardinalium in throno Petri fuerit collocatus: Is non apoſtolicus ſed apoſtaticus merito vocetur, & a Cardinalibus poßit excommunicari. eo autẽ concilio Berengarius prius à Leone 9. condemnatus, nec emendatus, inſtante & vrgente eodem Nicolao pontifice,

&

rius Alemaniam pergat, & Henricus errati veniam poſtulet, quod iuramento policitus eſt. Gregorius autem annués vſquè Verſellas eſt progreſſus, vbi ab epiſcopo de Henrico citiſſimè cum exercitu ad aduenturo, omiſſo itinere, per Canoſſum Maltidi ſubiectū ſe recepit.

CAP. 12

Henricus verò ſimulatoriè ſubſequitur pontificem cum copijs, & depoſito regali ornamento nudis pedibus, quanquam eſſet hyens rigida, appr opinquans portæ ciuitatis ſupplicìter intromitti petebat, ſimulans æquo ferre animo, triduò moratur veniam petens, quod obtinuit rogata Maltidis & aliorū, ac introduct⁹ reconciliatur, & abſoluitur, ſub iuramento policens ſe pótifici & eccleſiæ pariturum. Sed mox fœdera pacis abrupit:

vtriſquè mandat, vt ab armis diſcedant. Tempore autem Leonis papæ Robertus Guiſcardi coſdē Græcos & Afros fugauit ex Apuleia, & tempore Victoris ſucceſſoris, Saracenos ex Capua.

CAP. 13.

Dum autem Nicolaus ſecundus Romæ conciliūm haberet & hic Robertus quiſcardus Calabriam & Apuleiam eccleſiæ prouincias occupauit, ſimul & Troiam, quæ ſummis pontificibus parare ſolebat forte dono Henrici qui eandem conquiſierat ſuper quo pontifex indignatus nonnihil Roberto ſuccenſuit. Verum à Roberto exoratus profectus eſt in Apuleiam, & omnia recepit, quæ de eccleſiæ amiſerat. Et eam ob rem Robertum in gratiam recepit, adeò vt ipſum ducem & vectigalem eccleſiæ creaucrit, ac

& albrico diacono, malè aſſerta recantauit cum iureiurando, data illi fòrma à Hunberto epiſcopo Cardinali, vt in cap. ego Berengarius de conſecratione diſtin. 2. prout ſuper eo Berengario iam deductum eſt.

CAP. 15.

Dumque Nicolaus Romæ concilium haberet, Robertus quiſcardus Calabriam & Apuliam eccleſiæ prouincias occupauit, adiecta Troya, quæ ſummis pontificibus, ex collatione igitur, parere conſueuerant Henrici 2. tempore.

Quamobrem Pontifex indignatus nonnihil Roberto ſuccenſuit. Verum ab eo exoratus in Apuleiam proficiſcens recepit omnia quæ de eccleſia amiſerat. Ea propter Robertum in gratiam recepit, adeò vt ipſum ducem & vectigalem eccleſiæ creauerit: & ſuo medio rebelles eccleſiæ,

alemanos principes adeò commouit vt, eo poſt abito, Rudolphum Saxoniæ ducem Regem Prouinciæ decernerent & crearent. petiit tũ Hẽricus a pontifice vt Eudolphum ſub anathemate repelleret, quo non impetrato, ſub incerta victoria dimicatum eſt: Rogantquè pontificem vterquè, vt pro ſua parte decernat. Verum pontifex tunc vtriquè iniunxit, vt ab armis dicedant. At Henricus, quanquam Rudolphus pacem expeteret, audire noluit. At vehementius expetiit, vt eum Papa anathemate feriat. quo renitente, omnibus viribus in eum exarſit. Henricuſq; Romam rediens vi ingreditur, & præfatum Gilbertũ intrudit & eum ſuis complicibus epiſcopis eum coronat in Laterano ſub nomine Clementis Papę 2. qui & *ac ſuo medio rebelles eccleſiæ etiam Girardum Comitem perdomuit.*

CAP. 14.

Tempore autem Gregorij 7. circa 1072. Michael cum filio Andronico deiectus ab imperio Conſtantinopolitano per Nicephorum Buchamor, ad Gregorium confugit, qui Nicephorum excommunicauit. Et Rocherio feudatorio eccleſiæ dedit negotium Michaelem reſtituendi ad imperium. Ex quo Rogerius comparata claſſe ex mandato pontificis aſſumpto Bohemundo filio, & minore Rogerio altero filio in Italiam dimiſſo, Didrachium et alia loca adnauigat. Vbi à Venetis cum Nycephoro ſentientibus repellitur. Verum non multo poſt is Nycephorus ab Alexio ſuarum copiarum duce interceptus & imperio priuatus, compulſus fuit ſub habitu monachali vitam finire.

cleſiæ, etiam & Girardum comitem perdomuit. Sunt qui ſcribunt hunc Nicolaum, Henricum 4. coronaſſe, & ea propter, toto ipſius tempore, nihil aduerſus eccleſiam fuiſſe molitum. Nicolaus vir probatæ vitæ 3. ſui pontificatus anno & menſe penè ſeptimo moritur.

CAP. 16.

Alexãder 2. Papa 162. Anſelmus antè dictus, epiſcopus Lucenſis, mortuo Nicolao, Pontifex abſens creatur circa 1062. At epiſcopi Lombardi contenderunt papam, non niſi ex paradiſo Italiæ ſeu eorum prouincia debere eligi. vt citat Martinus, pariter & Platina. quod obtinuerunt ab Henrico 4. reclamante Agnete matre eiuſdem, & fauente Gilberto Parmenſi. Qui igitur Conſtituerunt Cadolum epiſcopum Parmenſem, ac vi & armis Alexrndrum, & vrbem

& tandem obiit repentina morte ſub Paſcali. Tunquè Gregorius in molem Adriani ſe cũ preſidio recepit & protexit.

At Henricus Guiſcardi Regis Apuliæ formidans aduentum aufugit cum ſuo Clemente, qui & nonquam fuit numeratus inter ſummos pontifices. de hoc Henrico, ſi Italis, Platinę, Martino, faſcicula rori & cœteris credam⁹ vt eſt veriſimilius, tyrannicè & proteruè proceſſit aduerſus Gregorium, & is Gregorius ex ſancto Zelo, qui & ſanctus fuit clarus miraculis: ſi verò Alemanis, Senoni quippè & Caryoni & cœteris credatur Gregorius indiſcretius egit: Hericus malum de ſe dedit iudicium & argumentum

quia

finire. Dumquè Henricus 4. Romam vi eſſet ingreſſus, & Gregorius in molem Adriani ſe retuliſſet Guiſcardus vectigalis eccleſiæ, ac dux Apuliæ hæc ſentiens paret ſe in copijs aduenturum, vt põtificem liberet, quod Henricus audiens aufugit. Et Guiſcardus Romam ingreſſus, partem vrbis incendio conſumpſit, capitolium ſolo penè æquat, & detinet, ac militibus donat in prædam cum tota vrbe: Liberatumque pontificem ſecum Caſinum & Salernum ducit, vbi non multò pòſt piè moritur. Succedente autem Victore 1085. *Guiſcardus ſuperatis Græcis fatis etiã conceſſit. Et Bohemundus vt iam ſuprà, cum Rogerio patre iuerat in Græciam. Vndè eo abſente Rogerius minor in ducatu Apuleiæ ſucceſſit. Moritur & victor, cui ſucceſſit Vrbanus* 2. *circa* 1086.

CAP.

vrbem bis inuadunt, ſed à Romanis & copijs Godifredi & Maltidis repelluntur. Cadoluſquè datis 300. argenti libris licentiam fugiendi ſolus obtinuit.

Aiunt quia Alexander tum apud Lucam ierat: vndè eorum eccleſiam magnis priuilegijs dotauit. Sed & ſecundo is Cadolus aggreſſor à præmiſſis fugatur. Super his Otto epiſcopus Colonienſis (de quo iam ſuper Henrico. 4.) accepta poteſtate componendæ eccleſiæ Romam adueniens, Alexandrum increpauit, & ſedem Romanam, quòd iniuſſu Cæſaris eam occupaſſet. At Hildebrandus tutatus partem Alexandri, aiens ad Clerum electionem pertinere iure & antiqua conſuetudine, Othonem facile in ſuam traxit ſententiam.

CAP.

quia nullo cum pontifice ſui temporis pacem habuit.

Iſdem Henricus ſuccedente Victore.3.circa. 1085.qui cũ partes Gregorii predeceſſoris tueretus,eumdem etiam inſequitur,adeò,vt aiunt, veneno in calicem iniecto dum celebraret, ſit necatus. Tumquè dimicans aduerſus Saxones 4.milia ex ſuis amiſit. & cœpit tum eccleſiam minus vexare.

Eo tempore aues domeſticæ factæ ſunt ſilueſtres,& corpus B.Nicolai fuit tranſlatum in Barrum.

CAP.13

Tempore huius Henrici Vrbanus Papa qui in ſubortis cõtentionibus Melphin ſe contulerat. Et interim Rogerio fratre Bohemundi dimicante aduerſus Sarracenos in Sicilia,Isboemundus furto Melphim detinuit &

CAP. 15.

Tumquè Rogerius, de quo hic agitur, Capuam & terras quaſdam eccleſiæ vi cæpit. Vrbanuſquè ſuper concilium habiturus ſe Melphin contulit, & Bohemundo, qui tum aduenerat, ac Rogerio, pro ducatu Apuliæ contendentibus,imperat ab armis recedere, ea conditione, vt Bohemundo Apuliæ parte permiſſa, reliquam patris ditionem Rogerius haberet. Dum igitur Rogerius in Sicilia aduerſus Sarracenos bellum ageret Bohemũdus Melphim furto occupat. Vndè & Rogerius ex Sicilia cum 20000. *Saracenorum cõductis, fratrem obſidet, & ei repugnatur.*

CAP. 16.

Interuenit lachrimoſa ſupplicatio pauperũ Chriſtianorum in terra ſancta ad ſummum pontificem Vrbanum. Qui coacto concilio apud Claromontem, adeò

CAP. 17.

De Alexandro 2.

Henricus ad ſe rediens pontificem rogat, vt in concilium apud Mantuam veniat, vbi res cum pace fuerint compoſita, et Alexander precibus imperatoris Cadolo facile veniã dedit. Et Gilbertum (peiora timens) inuitus Rauennatum archiepiſcopum creat. Eo concilio Mantuano ſub hoc Alexandro et Henrico 4. multa fuerũt ſanctiſsimè ordinata, quæ citantur in decretis quæ in oppoſito cathologo ſub Henrico 4. ad loci repletionem ſunt reportata. Ex Mantua Alexãder tandẽ per Lucam Romã reuerſus eſt. Hildebrandus interim cum copijs Gothifredi mariti Malthidis in Apuleia tumultus ſedauit. Reuerſus vero Alexander moritur, ſui pontificatus anno 11. & menſe 6.

& Rogerius conductis 20000. Sarracenorum eandem obſedit. Super quibus commotionibus Vrbanus ſe in Gallias tranſtulit, & habito cõcilio apud Claromonté ſuper relatione pauperis heremitę Petri, qui terram ſanctam ex deuotione viſitauerat, & miſerias nouerat, quibus pauperes fideles illic affligebantur. Circa igitur domini annum 1413. penè omnes principes occidentis ſe cruce conſignarunt in militiam Chriſti, eodem animo aduerſus infideles. Et hic Henricus in ea ſancta expeditione potius nocuit, quàm in aliquo iuuerit, vt iam ſuper Gotifredo eſt deductum. Eamquè ſanctam terram cum proprii ſui ſanguinis effuſione & periculo victorioſiſſimè conquiſierunt

adeò principes totius penè occidentis animauit, vt ſe cruce conſignarunt, ad eam ſanctam expeditionẽ. Bohemundus verò ex deuotione & animi gloria relicta obſidione Melphi ſe cum 12000. delectorum iuuentis Italiæ pariter adiunxit. Cuius animi preſtantia Rogerium fratrem ita permonit, vt poſ tis armis, dixerit ſe deinceps omnia fore cum fratre communia. Et ſtatim is Rogerius Tancredum filium bellandi cupidum pugnæ comitem fratri Bohemundo tradidit. hicquè Bohemundus, is eſt qui fuit primus princeps Antiochenſis, cui & poſt modum ſucceßit Tancredus Nepos: pius et fidelis patrino Bohemundo. Nam eundem (vt Platina citat ſuper Paſcali 2.) triennio ab inimicis detentum magni vi auri precio redemit, & Anthiochiæ principatum reſtituit eidem.

Iſquè

CAP. 18.

Gregorius 7. Papa 163. Hildebrandus antè nuncupatus, de quo iam multoties habita eſt mentio, à Clero & populo Romano vnanimiter electus aſquè imperio, aut concenſu imperatoris, poſt Alexandrum 2. circa 1072. hic fuit Cardinalis archidiaconus ſancti Pauli inſtitutus à Leone 9. & dehinc magno ſemper pretio habitus, à nonnullis taxatur propter contentiones cum imperatore, ab alijs verè commendatur, vt Zeloſus in ſpiritu domini de eodem enim Gregorio referũt faſciculator, Martinus & Vincentius, quia dum in minoribus legatus eſſet aduerſus ſimoniacos, epiſcopus Obredunenſis inſlammatus de ſcelere corrupit teſtes precio dato. Et ſuper his legatus ait, humanum iudicium, cùm de dono ſpiritus ſancti ſit queſtio non habet. Si nihil

horum

conquiſierunt.

Hic Henricus procurauit, vt eo viuente filius eiuſdem eligeretur & crearetur imperator. qui poſt modum aliquo ſpiritu inſurrexit in patrem, prout pater in matrem eccleſiam inſurrexerat, Et nonnulis infinitis preliis & obſidionibus pater apud Leodium ſuperatur ,& captiuatur cum imperaſſet annis.50. Et quia fuerat excommunicatus per Gregorium.7. menſit inſepultus per 5. annos: quoſquè obtenta fuit obſolutio.

Henricus .5. filius premiſſi Henrici ducis Bauariæ imperator.100. inſtitutus circa annum domini. 1108. electus perſuaſione patris, quem tamen in cacere mori coegit. hic Romã veniẽs vt coronaretur miſſis legatis policetur cum iureiurando ſe paccato agmine

Iſquè a ſua liberatione in Galliam ad ijt ſua cura Nepoti data, & accepit Conſtantiã ſiliam Philippi francorum regis vxorem ex qua alium Bohemundum genuit.

CAP. 17.

Nunc de Rogerio, pro quo, ab initio eſt ſermo de ſumptus. Is, mortuo Bohemundo fratre, in Vltra marinis dominatus eſt, in Sicilia, & Apulia. Qui ab initio fidelis fuit, & Eccleſiæ, vt verus vectigalis, & feudatarius. Nam Paſcali 2. aliquot turmas adiutrices aduer ſus Gilbertum antipapam & mile auri vncias miſit, & eo adiutore terras eccleſiæ occupatas conquiſiuit.

CAP. 18.

Tempore autem Gelaſij 2. Henricus 5. Romam atquè Italiam hoſtili manu agreditur, & Gelaſius fuga ſaluatur, & cum periculo Cajetam adnauigat,

horum feciſti, dic gloria patri, & filio, & ſpiritu ſancto, & nunquam potuit proferre & ſpiritui ſancto, quanquam depoſitus poſtmodùm facilimè protulerit. Is imperatorem ſtatim monuit, ne epiſcopatus aut beneficia per largitionem aut ſimoniam conferret, aliter in eum & delinquentes vteretur cenſuris, & non modo ſolum non obtemparauit ſed & matrem bene monentem expulit, vt ſuper eo iam eſt premiſſum multis tandem legationibus ad pacem & in gratiam redierunt. Et imperator more aſſueto Papæ electionem probauit.

CAP. 19.

Hic Gregorius ſolicitatione Gilberti epiſcopi Rauenatenſis, de quo iam ſuper Henrico, à Cyneio præfecti filio capitur, et detinetur, at per populũ ſubuerſa turri, ĩ qua detinebatur liberè

ne vrbem ingredi. & coacturum ſuos epiſcopos qui vi aut legatione, vel largitione per eum eſſēt promoti. ex quo liberè apertis portis ingreditur & ſuſcipitur cum maxima ſolemnitate, & oſculis datis introducitur in Eccleſiam. S. Petri per ſummum Pontificem Paſcalem: Tunquè facta oratione coram altari, poſtulat confirmationē ſuorū epiſcoporū cōtra datū iuramētum, & pontifice rennuēte ſigno dato ſuis militibus eundem cum cardinalibus capit & ſpoliat, & poſtmodum includit & detinet, & vrbem multis incurſionibus vexauit.

Quare pontifex his imcōmodis cummotus epiſcopos confirmauit, & captiuis literatis, ab eo coronatur, & voti compos reuertitur in Germaniam.

gat, vbi per benignè ſuſcipitur. Et illic Guillelmus dux Apuliæ, filius Guiſcardi, & Robertus Campanus princeps, ac Richardus Aquitanus conuenere, pollicentes ſe in eius poteſtate futuros, & vt veri vectigales, & potenti exercitu cum domino Gelaſio ſe munierunt, vt Henrico occuriſſent. Quod ſentiens Henricus Italiæ ceſſit cum rapinis.

CAP. 19.

Subſequente autem Calixto 2. qui ex Roma Beneuentum adijt. hic Guillelmus dux cum alijs proceribus illuc conuenerunt ſalutandi cauſa, & iurarunt ſe in pontificis poteſtate ſemper futuros. Similiter & cum Henrico pacem firmarunt. At Rogerius qui dicebatur Siciliæ Comes pacem turbauit dum Guillelmus poſt pacem preſtitam, pontifici commendata illi ſua terra, ierat Conſtantinopolim ducturus

liberè exiuit, aufugiente Cyneio. Vndè Gregorius Gilbertum & conſentientes ferit anathemate. Super quibus imperator inito conuentu Vvormatiæ deſcernit, & iniũgit, ne qui pontifici obtemperarent, & pontifex ad oppoſitum in imperatorem cum excommunicatione. Ab ea nihilominus excõmunicatione Hẽricus ſupplex poſt multa, quæ ſuper eo deducuntur, veniam poſtulans cum promiſsione ſub iuramento abſoluitur, ſimulatoriè iurans quia pro futuro paruiſſet. Vtque putabatur rebus paccatis reuertitur in Alemaniam, & Cyneius ea via moritur. Sed & commotis ab eo Henrico principibus Alemaniæ Rudolphum ſaxonem creant imperatorem. Poſtulat Henricus Gregorium inſtanter, vt eum Rodolphum anathemate feriat, qui cum non obtinuiſſet

Germaniam. Nec pacem habuit cum eodem Paſcali, nec cum Gelaſio: quáquã cũ Calixto aliquam dederit pacem.

CAP. 15

Ac dum paſcalis reuocaſſet ea quæ vi cõceſſerat, ſuper inueſtitura & promotione epiſcoporum, Henricus putauit ſe dignitate priuatum, quanquam aliter eſſet. Vndè cum magna poteſtate venit in Italiam in omnium terrorem, & Paſcalis tum apud Apuliam concilium habebat. Et Henricus putãs ſe priuatum, iterum à Baccarenſi epiſcopo exule coronatur, & hinc reuertitur in patriam. Paſcalis autem abſoluto conuentu in Apuleia rediens, multa opida occupata ab hoſtibus, recepit.

CAP.

ducturus in vxorem filiam imperatoris. Et eo abſente Rogerius Calabriã & Apuliam occupauit, nec deſtitit prohibente pontifice. Dumquè pontifex Calixtus pararet arma aduerſus Rogerium febre correptus, compulſus fuit redire in vrbem. Et ita Rogerius Apulia & Calabria potitur nemine reſiſtente. Vndè & Guillelmus vxore & principatu priuatus ſine hæredibus moritur. Et tũ Rogerius ſe Italiæ regem nuncupat. Et Honorius 2. eum in gratiam recepit, vt Martinus citat, & faciculatòr Innocentius 2. eum armis repulit, & obſedit in Galuio. At Guillelmus filius eiuſdem Rogerij aduenieus patrem obſidione liberat, et pontificem cum ſuis detinet captiuum.

CAP.

tinuiſſet, iterato inſurrexit in eum.

Gregorius autem pontifex legatos miſit, qui de iure vtriuſque perquirerent, vt ſuper inquiſitiones iudicaret. Et eos Henricus non recepit, at potius quoſdam occidit, & alios afflixit. Vndè & ſuper his Gregorius ſententiam excommunicationis mox in eum & complices epiſcopos reiterat, ac imperio priuat, colata dignitate Rodolpho Saxoniæ duci. inter quos maximi conflictus interuenerunt: Rudolphus tamen inſciſſa manu in morbum incidit, quo & moritur.

CAP. 20.

Vtquè ſeditionibus nil deeſſet Michael imperator Conſtantinopolitanus cum Andronico filio ab imperio per Nicephorum Buchamor deiectꝰ ad Gregoriũ refugit, à quo Gregorio Nicephorus excommunicatur, & mandatur

CAP. 16.

Hic Henricus tempore Gelaſii, neſcitur quo ſpiritu ſtimulante cum furore Italiam ingreſſus eam deuaſtauit; & vrbem ſtatim hoſtili animo ingreſſurus.

Gelaſius ſuper his per hoſtia tiberii dilabitur, & à militibus eiuſdem Henrici proſequitur, & tandem cum maxima difficultatę & paucis fidelibus fuga ſaluatur, ac poſt multa Caietem adnauigat, vbi per benigne receptus fuit. Ad quem cõuenerunt Guillelmus dux Apuliæ & Robertus Comes Campanus, & Richardus Aquitanus, pólicentes ſe in eius poteſtatem ſẽper affuturos. Guilelmus igitur Dux Apulię cum aliis ad Gelaſium conueniunt policentes ſe in eius poteſtatẽ ſem per affuturos vt vectigales eccleſię. Dũ igitur Henricus

CAP. 20.

Rogerius nihilominus mira modeſtia non multò pòſt eos liberauit. Et deinceps obtinuit à pontifice quod voluit, præter Regni titulum, quem premiјs contendebat impetrare.

Verum ſuper his Petrus Antipapa tantis factionibus inſurrexit in pontificem vt eundem apud Piſas, & in Franciam abire compulerit: & Rogerius illi adhærens, Rex ab eo creatur.

Lotharius autem imperator 2. in auxilium pontificis petiјt Italiam, & cum Piſanorum claſſe breui ſeditiones oppreßit, precibus. B. Bernardi, vt aiebat. Et ita Lotharius Rogerium terra & mari oppugnatum in Siciliam pepulit. & B. Bernardus (vt in legenda eiuſdem) eundem Rogerium cum magnis miraculis conuenit, et Piſanum oratorem Innocentio

tur inſequi, qui & tandem in templo Sophiæ deprehenſus retruditur in monaſterium.

Mortuo igitur Rudolpho Henricus Romam adiens coacta quadam ſynodo ſuorum epiſcoporum, ſententias Gregorij præſumunt inualidare, & in eum fulminare ſententias excommunicationis: Quin & eundem Gregorium præſumpſerunt deponere, & Gilbertum Rauennatenſem archiepiſcopum eligere & inſtituere in Pontificem eundem Clementem 2. nuncupātes, quem potius Clementem 3. potius dicere debuere, cum ante Damaſum prefuiſſet Clemens 2. Sed verius hic dici debuit Clemens nullus.

Henricus tandem Roma obſeſſa & deuicta, vi ipſum intrudit, & Gregorius cum ſuis in molem Adriani ſe recepit, protectus ab his qui erant in

præſidio.

Henricus ſenſit exercitum contra ſe parari Mauricium Bracarenſen archiepiſcopum antipapam creat, Benedictum nuncupans, & fregepanum familiæ commendauit. Huncquè abiens per Italiam more hoſtili omnia diſrupit & capit. Dumquè turriculū opugnaret, audiens aduentum Gelaſii cū proceribus Apuliæ & magno exercitu, motis caſtris Italię ceſſit.

CAP. 17.

Dum igitur Henricus in Alemaniam rediiſſet, Romæ reiecto antipapa Bracarenſi Bededicto cum tuitione fregapanum, ii continuis ſeditionibus Gelaſium inquietant. Ea propter vt irę locum daret, peiora timens in Galliam cum decenti cardinalium comitatu abiens, non multò pòſt apud Cluniacū monaſterium bonorificé

Innocentio reconliauit, Rogerio ex cupiditate obſtinato, Tempore autem Lucij 2. & Conradi tertij quæ ex Apulia & Calabria amiſerat nemine reſiſtente recuperauit: & Regem Teniſi in Africa fecit tributarium. Tempore verò Eugenij 3. Dum Rex Franciæ adijſſet in terram ſanctam, hic Rogerius quaſdam inſulas aduerſus Emanuelem conquiſiuit, & eum Regem liberauit à Sarracenis.

CAP. 21.

